2

TRACTATIO IVRIS GEORGICI

# DE SINGVLARIBVS

QVIBVSDAM

## PRÆDIIS RVSTICORVM

QVÆ SVNT IN TERRIS

## BRVNSVICO-LVNEBVRGICIS

ET VICINIA

*VVLGO*

## Von Sattelfreyen-Meyerdings-Probſtings- und Laet-Gütern

*DISPVTATIONIS LOCO*

OLIM HABITA

SVB

PRÆSIDIO

*VIRI CONSVLTISSIMI*

OH. WILHELMI GŒBELII

J. V. D. ET P. P. O.

A

VDOLPHO AVGVSTO NOLTENIO.

---

*HELMAESTADII*

D CHRIST. FRIDER. WEYGANDVM

MDCCXXIIX.

TECA NAZ
OMA
EMANU

Digitized by Google

Digitized by Google

*SECTIO I.*

DE

# OTIORIBVS REI RVSTICÆ IN GERMANIA SCRIPTORIBVS.

§. I.

Singularium quorundam ruſticorum prædiorum naturam explicaturus, operæ pretium eſſe duxi, potiora ad rem ruſticam Germaniæ facientia recenſere ſcripta, ut conſtet, quid in argumento hoc, multorum ſane contemtui expoſito, præſtitum ſit a patriarum rerum curioſis, & quæ lacunæ adhuc ſupplendæ reſtent. Sub
ım ſtatim propoſiti operis monere liceat, eos, qui quic-
ı de re Germanorum ruſtica elaborare volunt, optime
pertexere poſſe telam, ſi canones quosdam in hoc ſcri-
genere apprime obſervandos, quos in paragrapho ſe-
ti ſiſtam, ſequantur. Plerosque enim nimium ex jure
bene merendi ſtudium huc traxiſſe, conſtat, putantes,
ı ad romanorum jurium placita facile accommodari &
oni poſſe. Quantopere autem illi errent, ii demum
judicabunt, qui rebus cameralibus & juſtitiæ ruricolis
ıiſtrandæ præſunt. Singularia namque in Germania

dari jura & inſtituta, quæ nec Romanis cognita fuerunt, nec aliis gentibus communia, non negabit, niſi qui in rebus patriis plane hoſpes & juris romani apicibus plane incantatus eſt: cujus rei luculentiſſimo documento nobis eſſe poteſt Schottelii libcllus, ſingularia quamplurima Germaniæ jura complectens, a Joh. Wernero Gericken illuſtratus & continuatus; nec non Beieri tractatus, quem *juris germanici ſpecimen* inſcripſit. Non incongruum erit, magni Ziegleri verba ex Diſſertatione *de bonis cenſiticis* hic in uſus noſtros transferre: *Quoad originem*, inquit, *ſunt quidam, qui eam inſtitutis Romanorum deberi aſſerunt; nihil enim iis placet, niſi quod romanam antiquitatem refert. Sed videtur putidum a Romanis quasvis petere origines, nec minus Romani ipſi nos ſecus informent. nedum quod annales Germaniæ aliud urgeant.* Abſit tamen, me inde juris romani majeſtati detrahere velle; pleraque ejus ſancita magni facio, ita tamen, ut propterea Germanorum leges & ritus exſules in patria eſſe nolim. Non tantum audiri vult Mæstertius aliquis, qui legum civilinm juſtitiam ad cœlum extollit, ſed nec repulſam exſpectat Pagenstechervs & Dn. Thomasivs, qui de nævis perorant. Quibus jungi poteſt Cyprianvs Regnervs, Mæſtertii Antagoniſta, *de injuſtitia quarundam legum romanarum*, & in *cenſura belgica.*

## §. II.

Ille, qui circa res ruſticorum fori germanici illuſtrandas cum laude verſari velit, ſequentes obſervandi videntur canones. Ita quidem primo antiquitatibus, legibus & moribus majorum pernoſcendis ſtrenue operam navet. Tum conſtitutiones provinciales v. c. Landes-Policey-Amts-Steur-Meyer-Zehend-Dienſt-Ordnungen / & ſi quæ aliæ ſunt hujus tenoris, ſedula manu pervolvat, ex eisque ruricolarum jura excerpat. Dein evolvat, qui conſilia & deciſiones juris ſcripſerunt, atque ex illis ad hoc argumentum ſpectantia depromat, in quibus præ ceteris commendandos puto Meisch-

NERVM,

ɪᴇʀᴠᴍ, Gʏʟᴍᴀɴɴᴠᴍ, Kʟᴏᴄᴋɪᴠᴍ, & cum Sᴛᴠ-
ᴋɪᴏ Hᴀʜɴɪᴠᴍ, qui duo imprmis jura Brunſvicenſia e-
regie illuſtrant, Cᴀʀᴘᴢᴏᴠɪᴠᴍ, Lʏɴᴄᴋᴇʀᴠᴍ, Bᴇʀ-
ᴇʀᴠᴍ. Poſtea amicitiam praefectorum, quos Ammannos di-
unt, aliorumque virorum, qui harum rerum notitiam ha-
ent, ambiat, a quibus multas peculiares conſuetudines &
ri obſervantias hauriet. Denique allaboret, ut actorum
dicialium, in præfecturis conſcriptorum, ipſi copia fiat, quo
elius ea, quæ ad emendationem adminiſtrationis juſtitiæ
pagis faciunt, pernoſcat. Poſtremo ipſos ruſticos data
caſione de prædiis ſuis, ſervitiis, oneribus aliisque exploret,
i multa ipſi aperient, quæ inter arcana & flagitia domina-
nĩs plerumque reſervata, a ceteris ſilentur. Vt enim me-
us ab ipſo ægroto naturam morbi & corporis conſtitutio-
n optime perſpectam ſibi reddit, ita & ab ipſis ruſticis,
n multis ærumnis conflictantibus, veritatem haurire conſul-
n eſt, & cogitent miſeræ gentis vexatores illud Comici: *Tu
ic ſis, aliter ſentias.*

## §. III.

Sed ne latius in argumento, quod ὡς ἐν παρόδῳ tantum
gendum duxi, divager, paucis docebo, quantum circa res
icorum hucusque ab eruditis patriarum rerum gnaris e-
ratum ſit, quo ipſo patebit, quantum in hac jurispru-
tiæ parte adhuc intactum ſit. Primum autem eos recenſebo,
de ſtatu perſonarum egerunt, deinde, qui de jure rerum
iorumque ruſticorum forma quicquam commentati ſunt.

## §. IV.

Jus perſonarum conſideraturo adferendi veniunt, qui
m ſervorum germanorum veterum & ruſticorum medii
ndolem deſcripſerunt, collatisque ſervorum romanorum
us & ſtatu cum ſervis Germanorum, docuerunt, in quo
eniant utrique, & qualis ruſticorum hodiernorum ſit con-
Suppeditant quædam huic argumento inſervientia



Digitized by Google

TACITVS in *Germania*, CONRINGIVS & MVSÆVS de *republica antiqua veterum Germanorum*, GRYPHIANDER de *Weichbildis*, CANGIVS, SPELMANNVS, & LINDENBROGIVS in gloſſariis. Ex profeſſo autem hac in re verſantur POTGIESSER *de conditione & ſtatu ſervorum apud Germanos tam veteri, quam novo.* HVSANVS de *hominibus propriis*, STAMM de *ſervitute perſonali.* HERTIVS de *hominibus propriis.* Dn. THOMASIVS de *hominibus propriis & liberis Germanorum.* Dn. BÖHMERVS de *jure & ſtatu hominum propriorum a ſervis germanis, non romanis derivando.* SCHACHERVS de *hominibus glebæ adſcriptis Luſatiæ ſuperioris.* Dn. PRÆSES in Diſſert. de *jure & judicio ruſticorum fori germanici* Cap. I. Wildfangiorum ſtatum in ſpecie illuſtravit HILDEBRANDVS JCtus Altorſinus in Diſſ. de *jure Wildfangiatus*, cui addantur *acta Wildfangiatus* ſeorſim edita, & quæ hac de re in SPEIDELII, WEHNERI, BESOLDI Lexicis reperiuntur. Locum hic etiam ſibi vindicant Oſnabrüggiſche-Jüliſch-Ravensbergiſche-Märckſche-Eigenthums-Ordnungen/ cum aliis infra recenſendis. Nec non MEVIVS in dem Bedencken vom Zuſtande und Abforderung der Bauers-Leute/ & Dn. BILDERBECK im Dorff- und Land-Rechte. De Ducatus Mecklenburgici hominibus propriis conſulendus TARNOVIVS de feud. Mecklenb. L. 2. p. 176. ſq.

## §. V.

Ruſticorum origo & ſtatus tam apud Romanos, quam Germanos etiam illuſtratur ab iis, qui in genere de re ruſtica commentarios compoſuerunt, ut ſunt MEIERVS in corpore juris agrario, CONRADVS HERESBACHIVS, Conſiliarius Ducis Cliviae, in *compendio legum villicationum, œconomiæ romanæ convenientium Lib. IV.* PIGNORIVS *de ſervis.* PETRVS de CRESCENTIIS de *re ruſtica Lib. XII.* LEYSER in opere, quod *jus georgicum* inſcripſit, ubi ſingularis de ſtatu rurali libellus occurrit. FRITSCHIVS de *ſtatu ac jure pagorum, & jure univerſitatis agrorum*, vom Fluhr-Rechte. BORNI-

TIVS

Digitized by Google

TIVS de *agrorum cultura*. JOD. HACKHANN tract. de *jure aggerum*, ROHR im Haußhaltungs-Recht. Varii auctores de agricultura Lutetiæ Pariſiorum 1554. editi ſunt. DIONYSII VTICENSIS Lib. XII. de agricultura. COLLANTES de AVELLANEDA commentarii pragmatici in favorem rei frumentariæ & agriculturæ.

## §. VI.

De villicis quædam habet MEINDERS in jure colonario, JVSTVS HAHN de jure colonario, qui liber in germanicam linguam verſus ſub rubro: vom Erb-Meyer-Recht/ anno 1697. prodiit. GEORG. ADAM STRVVIVS de jure coloniæ. Imprimis autem hoc argumentum erudite perſecutus eſt Dn. STRVBIVS, Ordinum provincialium Epiſcopatus Hildeſienſis Syndicus digniſſimus, in cujus libro non uni deteguntur errores, in quos Ludwigius Hallenſis in jure clientelari Germanorum de hoc argumento diſſerens, delatus eſt. Optandum, ut Electoratus Brunsvicenſis villicorum ordinatio, quam apud Dn. Præſidem MStam vidi, typis exſcriberetur. Aliquibus tamen forte ultimam mereri manum videbitur, monuitque Dn. Præſes, ſe a Viro illuſtri Hannoveræ inaudiviſſe, auctiorem eam longe exſtare, plerumque exſpectare. In conſtitutionibus ad Brunsvico-Luneburgenſia territoria ſpectantibus permulta egregie hanc materiam illuſtrantia reperiuntur.

## §. VII.

Quoad operas ruſticorum præſtandas in cenſum veniunt ERHARDI Diſſ. de *operis ruſticorum*, BALTHASAR de *ope-* *r ſubditorum*. STRVVIVS de *operis & ſervitiis ruſticorum*. B. GE- *ι* G. ENCELBRECHT de *operis ruſticorum*, von Herrn-Dien- ι. HOECNER de *operarum determinatarum indeterminatione*. : BERER de *angariis & parangariis*. GROLLMANN de *ope- um debitarum mutatione*. B. ENGELBRECHT de *conjunctio- fficiorum*, von Mannigfaltigung der Dienſte. Nec non mul- uc ſpectantia in ERTELII *praxi aurea* reperiuntur.

§. IIX.

## §. VIII.

Ex iis, qui privilegia ruricolarum enucleanda ſibi ſumſerunt, primo loco memorandus venit RENATVS CHOPPINVS de *privilegiis ruſticorum L. III.* AVG. BENED. CARPZOVII Diſſ. de *præcipuis ruſticorum privilegiis.* Dn. KRESSIVS noſtras de *privilegiis agriculturæ* & Dn. PRÆSES in Diſſ. de *jure & judicio ruſticorum fori germanici Cap. VII.* Quoad paganorum teſtamenta & circa ea condenda privilegia exſtat JOH. OTTONIS Diſſ. *de teſtamentis ruſticorum*, Altorf. 1675. habita.

## §. IX.

Si jura rerum ruſticorum intuemur, recenſendi veniunt ſcriptores de finibus regundis, qui frequentem admodum inter ruſticos controvertendi materiam præbere ſolent; quorſum ſpectant rei agrariæ auctôres, qui GÖESII & RIGALTII notis illuſtrati ſunt; ſed hi nonniſi romanas ſapiunt antiquitates. FLACCVS *de agrorum conditionibus & limitum conſtitutionibus.* BRVNNEMANNVS vom Recht der Land-Gräntzen / HILDEBRAND *de diverſitate lapidum finalium eorumque jure:* ej. *de viſitatione finium provincialium atque publicorum.* LINCK vom Gräntz-Rechte. MVLLER *de interſtitio prædiorum.* Quibus conferendi ſunt, qui de limitibus in genere ſcripſerunt, HIERON. de MONTE, JVL. FRONTINVS, FRITSCHIVS, OETTINGER. Egregie quoque hanc rem illuſtrant, quæ STRYCKIVS in *Vſu Mod. Pandect. fin. regund.* adfert, ubi limitum nomina germanica juxta ordinem alphabeticum refert.

## §. X.

Naturam ſingularium prædiorum ruſticorum explicarunt ſequentes. ZIEGLER *de prædiis cenſiticis ruralibus*, SCHILTER *de bonis laudemialibus*, FRANTZKIVS *de laudemio.* PAVL. GOTFR. GAMBSIVS de *bonis laudemialibus, quæ Ehrſchatzica vocamus*, quæ Diſſ. adjecta reperitur SCHILTERI Com-

Digitized by Google

Comment. juris feudalis alemannici. PHILIPPI von Er-
ven-Zinß-Aeckern/ quod argumentum & late pertractant FV-
.IGINEVS & VALASCVS. BLVMLACHER *de jure em-
hyteuſeos, jure vitalitio & precariæ.* Salisb. 1661. MEINDERS
e origine, natura & conditione *hominum & bonorum emphyteu-
icorum.* LVDWIGIVS Hallenſis de jure clientelari Germa-
orum in feudis & coloniis, ſigillatim 1) von dem Erb-Pacht.
) Laß-Gütern. 3) Curmeden. 4) Landſiedeleihe. 5) Meyer-Gü-
rn. 6) Schillingshauer-Recht. De bonis Schillingicis SCHOT-
ELIVS *l. c. Cap.* 17. Vt taceam, quæ Dn. PRÆSES in Diſſ.
t. cap. IV. de ruſticorum poſſeſſionibus & patrimonio diſſe-
;, & actis judicialibus confirmat.

## §. XI.

Affinia huic argumento quoque ſunt ſequentia ſcripta.
ıH. FESTING *de jure agrorum.* COCCEJVS *de jure ſemi-*
. Dn. THOMASIVS *de jure circa frumenta.* FRITSCHIVS
*meſſe*: ej. *de jure hortorum.* HILDEBRANDVS *de fructibus
ılienum fundum propendentibus.* TENZEL vom Wieſen-
cht. KOB *de paſcuis ad culturam redigendis.* SVENDENDÖR-
ı *de jure circa pecudes.* MVLLER *de jure columbarum*: ej. *de
apum.* STRVVIVS *de jure ovium.* Dn. JOH. WILH. EN-
LBRECHT *de eo, quod juſtum eſt circa agnos.* VRSINVS
*'ana & lanificio.* TILEMANNVS *de contractu ſocidæ*, von ei-
e Schaaffe oder Kühe. ANASV. FRITSCHIVS *de compa-
r*, von der Koppel-Weyde/ inter opuſcula ejus. JANVS de
*'atione & affictu*, von der Saet-Gemeinſchafft um die Helffte
en. Quoad prædia inculta habemus STRYCKII Diſſ. de
*deſertis* Vol. 1. Diſp. ubi Cap. 6. de deboſcatione agit.
ıo ſpei agricolæ non reſpondente, remiſſione opus, quod
ımentum perſecuti ſunt Frieſen Diſſ. de *mercede propter
'itatem remittenda.* ANONYM. lib. *de remiſſione locarii ob ſte-
ıtem aliosque caſus fortuitos*, occaſione L. 18. C. de locat. con-
:. RVSSEL *de penſionis ob ſterilitatem remiſſione.* Jus deci-
B marum

Digitized by Google

marum optime explicatur a REBVFFO, MONETA, CANISIO, TYNDARO & WERNDLE tractatibus *de decimis.* Nec inutilem hac in re operam præſtiterunt SYRINGIVS lib. Vorſtell-und Ausübung des Zehend-Rechts. Augſpurgi 1719. qui inſtar compendii hujus tractationis ſedula manu volvi meretur. Nec non tractatus, cui titulum Auctor anonymus fecit; Nützlicher Unterricht vom Zehend-Recht/ Lipſ. 1696. Quibus confer eruditam HENRICI HAHNII, Acad. Juliæ quondam JCti, Diſſertationem de *jure decimarum*, anno 1650. habitam, ubi plurimæ Conſtitutiones Brunsvico-Luneburgicæ, rem decimarum concernentes, inſertæ reperiuntur. De origine decimarum late agit COVARRVVIAS *variar. reſol. c.* 17. *n.* 2. FERD. VASQVIVS *illuſtr. controv. L.* 2. *c.* 89. GVTTIERREZ *quæſt. canon. L.* 2. *c.* 21.

## §. XII.

Non infrequentem circa prædia ruſtica litigandi anſam præbuerunt Conſtitutiones von Ergänzung der Meyer-Höfe/ de quo egerunt Dn. JOH. WILH. ENGELBRECHT *de jure reuniendi pertinentias.* BODINVS de eodem argumento. In Electoratu Saxoniæ diverſa mandata publicata eſſe recordor, quibus cavetur, ne Ammanni & reliqui judices pagani in cauſſis ruſticorum, quibus pertinentias vindicatione prædiis ſuis reunire annituntur, expenſas poſcant, ſed omnia gratis expediant, idque ſaluberrimo & æquiſſimo inſtituto. De pignoratione inter ruſticos præcipue uſitata exſtat integer HARPRECHTI tractatus, & SAM. STRYCKII peculiaris Diſſertatio, quibus junge FELTMANNVM *de incluſione animalium*, MEVIVM *de arreſtis Cap.* 8. FLORINVM *in oeconomo prudenti & legali. L.* 3. *c.* 3. Jura ſervitutum maximam partem ex jure romano illuſtrantur, de quarum ſcriptoribus CÆPOLLAM commendare poſſum, qui tract. *de ruſticorum & urbanorum prædiorum ſervitutibus* conſcripſit. Plures hujus argumenti ſcriptores vide in LIPPENII *bibliotheca reali juridica p.* 489.

Quoad

Digitized by Google

Quoad tabulas cenſuales exſtat BAVERI Diſſ. *de tabulis cen-ſualibus*, nec non BECHMANNI *de æſtimis*, von Steuer-Regiſtern. Quomodo cataſtra conficienda ſint, docet SECKENDORFF im Fürſten-Staat addit. p. 46. & quid circa ea juris, EYSERVS *in Jure Georg. L.* 3. *c.* 6. *n.* 26. *ſq.* Add. von den Erb-und Dienſt-Regiſtern BERLICH. *dec. aur.* 281. 282. *ſq.* CARPZOV. *L.* 1. *Reſp.* 6. *ſq.* STRYCK. *ad tit. ff. de cenſibus.* GREISLEBEN von Erb-und Gerichts-Büchern.

## §. XIII.

Si judicia ruſticorum ſpectes, iterum recenſenda ve-: Dn. PRÆSIDIS Diſſ. *de jure & judic. ruſtic. fori ger-n.* in qua Cap. ultimo de judiciis provinciali, hubario, ſtico, hægermannico, probſtdingico, vogtdingico, & aliis t. Dein huc refer DITMARI Diſſ. von der Gerichts-rrſchafft. FRITSCHII Diſſ. *de viſitationibus provincialibus le conventibus provincialibus.* STRYCK. Diſſ. *de jurisdictione umſepta* Vol. I. Diſp. & *Vſu mod. ff. Lib.* 2. *tit.* 1. HEINECCII *. de origine & indole jurisdictionis patrimonialis.* HARTVNGI *. de Heimburgis, Scabinis & Sculteti*s. BRVMMERI Diſſ. *de -inis.* Quoad medii ævi tempora huc ſpectat lectu digniſ-i Diſſ. PHIL. JAC. RHEMII *de curiis dominicalibus*, vul-von Dinghöfen / quæ SCHILTERI Comment. J. F. A. cta eſt. In genere argumentum jurisdictionis quoad es Germaniæ pertractarunt STEPHANI *de juris dictione.* RMEISTER libro ej. argum. GOCKEL methodica tract. *risdictione ſuprema.* OBRECHT *de jurisdict.* COCCEJVS *ndata in territorio & concurrente plurium locorum poteſtate.* TOR *de poſſeſſione jurisdict.* De gallina, vulgo Rauchhuhn gno jurisdictionis, præter HERTIVM *in paræm.* kein hhuhn fleugt über eine Mauer / vide HVSANVM *de hom. c.* 6. *n.* 64. COTHMAN. *Vol.* 1. *Reſp.* 4. & 45. *n.* 126. *ſq.* IVM *ad jus Lubec. L.* 1. *tit.* 3. *art.* 2. *n.* 20. PRVCKMANN *1. n.* 83. *L.* 1. *&c.*



Digitized by Google

## §. XIV.

Ad rem ruſticam in Ducatu Brunsvico-Wolfenbuttelano faciunt ſequentes Conſtitutiones.

Hertzog Heinrich des Jüngern Conſtitution die Zehend betreſſend de 15. Jul. 1564. quæ inſerta reperitur SYRINGII Zehend-Rechte p. 758.

H. Heinrich Julii Conſtitution wegen verbotener alienation der Lehn-Erben-Zinß-und Meyer-Güter d. 3. Apr. 1595.

Land-Tages-Abſchied zwiſchen H. Heinrich Julium und der Wolffenbüttelſchen Landſchafft zu Saltzthalen errichtet. d. 3. Jun. 1597.

Qui adjunctus eſt cum duobus ſequentibus Hertzogs Auguſti Hoff-Gerichts-Ordnung pag. 645. ſq.

Land-Tages-Abſchied zwiſchen H. Heinrich *Julium*, und der Landſchafft des Fürſtenthums Brünewyg Calenbergiſchen Theils zu Gandersheim errichtet. d. 10. Oct. 1601.

Hunc receſſum etiam in Guelferbytano Ducatu vim legis habere, B. CHRIST. JOH. CONR. ENGELBRECHTVS *Juris Brunsv. Luneb. Enucleati Spec. I.* §. 9. *lit. a.* docet.

Land-Tages-Abſchied zwiſchen H. Fridrich Ulrich und der Wolfenbüttelſchen Landſchafft zu Wolfenbüttel errichtet d. 27. Jan. 1619.

Hertzogs Auguſti Lands-Ordnung, welche auf jedem Land-Gericht öffentlich verleſen werden ſoll. d. 7. Mart. 1647.

Quæ adjecta eſt der Woffenbüttelſchen Hoff-Gerichts-Ordnung pag. 319. ſq.

*Edict* de an. 1682. daß die Meyer die volle Zinſen geben ſollen.

It. de an. 1718. ejusdem argumenti.

*Edict* de 1699. wie viel Schaaffe die Bauren halten ſollen.

Wolffenbüttelſche Amts-Cammer-Ordnung, de an: 1688. 1. Jul.

Unter-Gerichts-Ordnung/quæ reperitur in H. Auguſti Hoff-Ger. Ordnung. Tit. LXXXI.

Edict.

Digitized by Google

Edict de an. 1703. daß die Meyer poſt novennium die Meyer-ſtatt renoviren ſollen.

Edict de 1703. daß die Bauren die neuen Gebäude nicht gröſſer/ als es nöhtig/ anlegen ſollen.

j. Anton Ulrichs Weg-Ordnung de 10 Mart. 1704.

j. Edict, daß keine Erben-Zinß-Gühter ohne Vorwiſſen und Conſens der Erben-Zinß-Herrn veräuſert/ verpfändet oder zur Ausſteur verſchrieben / noch andern eingethan werden ſollen. de 15. Dec. 1704.

j. Reunions-Edict wegen der Meyer-Höffe. de 27. Mart. 1705.

j. Edict wider das Schieſſen auf den Bauer-Hochzeiten und Feſt-Tagen. de 10. Aug. ej. anni.

j. Reglement wegen des Dienſt-Geldes vor die Herrn-Dienſt-Fuhren, de 20. Jun. 1707.

j. Mandat wider die Guts-Herrn, ſo ihre Meyerhöffe einziehen und ſelbſt cultiviren wollen/und ſich fundiren im L. T. A. de an. 1597, und an. 1601. (quæ loca de caſu ſummæ neceſſitatis agunt) de 15. Aug. ej. anni.

j. Mandat wider die Forſtbediente, ſo die mit Buſchwerck bewachſene Acker den Unterthanen auszuroden verbieten. (ex L. T. A. de an. 1601. & 1619.) de an. 1707. d. 11. Aug.

j. Determinatio Claſſificationis der Guts-Herrn ratione der Meyer-Zinſen in concurſu creditorum. (Bona colonorum ſunto pro tacita hypotheca dominis obligata, ſtatim poſt onera publica claſſificanda) de 3. Oct. ej. anni

j. Renovatio der Schatz-Ordnung. de 6. Aug. 1709.

j. Renovatio der vormahligen Zehend-Conſtitutionen de anno 1709. d. 16. Aug. Vbi continentur:

1) H. Heinrich des Jüngern Zehend-Conſtit. de 1564.
2) Extract aus dem Saltzthal. L. T. A. de 1597.
3) Extract aus der Wolfenb. Lands-Ordnung de 1647.
4) H. Auguſti Conſtit. wie es mit der Zehend-Fuhre zu halten/ de 10. Oct. 1651. quæ reperitur apud SYRINGIVM *l. c. p.* 761.



Digitized by Google

5) H. H. Rudolf Auguſts und Anton Ulrichs Zehend-Ordn. wegen unrichtiger Setzung der Stiegen und Hauffen de a. 1695.

6) Eorund. Daß der Zehend-Schatz von den Zehend-Herrn zu rechter Zeit abgeführet werden ſolle an die Renterey-Caſſa de 1696.

7) Eorund. daß von dem/ was in Braack geſäet/ als Flachs/ Rüben/ Rübe-Saat/ Kohl ꝛc. der Zehente gegeben werden ſolle de 1703.

8) H. Anton Ulrichs Erklärung des 14. §. der Zehend-Ordn. de anno 1695. wegen Verpachtung des Zehenden / ſowohl particuliers, als gantzen Gemeinden de 1706.

9) Confirmatio ejusdem declarationis de ao. 1709.

Declaratio Sermi de a. 1710. daß den Meyern ¼ oder ⅛ zuerlaſſen.

Declaratio de ao. 1718. in ſimili.

H. AVGVSTI WILHELMI Dienſt-Reglement d. 5. Dec. 1722.

Ej. Ordnung wegen des Abzehentens de 17. Jun. 1715.

Edict wegen der Kirchen-Meyer de ao. 1726.

Conſtit. de reunione pertinentiarum de 1721.

Conſtit. de 1722. daß die Land-Gerichts-Sachen ſummariter zu tractiren.

Receſſus ineditos Ducatus Guelfici recenſet B. ENGELBRECHT *loc. cit. p.* 34.

## §. XV.

Ad terras Electorales Brunsvico-Luneburgicas pertinent: *Receſſus provinciales inediti*, quorum deſignationem magno numero exhibet B. ENGELBRECHT l. c. p. 27. 28.

Reformation und Ordnung Unſer von Gottes Gnaden Heinrichen und Wilhelmen der Jüngern, ſo wir in etlichen gemeinen Sachen unſern Unterthanen zur Wohlfahrt und guten haben gemacht. de ao. 1564.

Ex *Volumine Conſtitutionum Cell.* Hannov. 1712. typis impreſſ. ſequentes ad rem noſtram faciunt:

H. Georg Wilhelms Zehend-Ordn. de 18. Jul. 1685. pag. 651.

Ej.

Ej. Zehend-Ordn. de 9. Jun. 1692. p. 669.

Ej. Declaration der letzten Zehend-Ordn. wegen des in den Gärten wachſenden Getreides. It. wegen der ex capite immemorialis præſcriptionis prætendirten Zehend-Freyheit de 16. Aug. 1694. pag. 681.

Gandersh. L. T. A. de ao. 1601. pag. 846.

Cujus jam ſupra mentio facta.

H. Heinrich Julii Conſtitut. wegen verbotener alienation der Lehn-Erben-Zinß- und Meyer-Güter de 3. Apr. 1595.

Ej. Conſtitutio ejusdem argumenti de 2. April. 1609.

H. Georg Wilhelms wiederholtes Verboht/ wegen Nicht-Beſchwerung der Erben-Zinß- und Meyer-Güter de 25. Maj. 1649. p. 934.

H. Friedr. Ulrichs Conſtitutio, wie es mit Aufrichtung der Ehe-Stifftungen/ Kauff-Briefe/ Theilungs-Receſſe/ und Verträge unter der Bauerſchafft gehalten werden ſolle. de 4. April. 1620. p. 945.

Fürſtl Oſnabr. Br. Lüneb. Weg-Ordnung. de 2. Mart. 1691. pag. 967.

Ej. Ernſt Auguſts Ordn. wie mit Verſetzung der Pertinentien von den Höfen und deren Redintegrirung es zu halten de 8. Jun. 1691. p. 977.

Ex volumine Conſtitutionum politicarum, Conſtitutioni politicæ Cellenſi anno 1700. Hannov. typis impreſſæ annexarum.

H. Chriſtians Policey-Ordnung de 6. Oct. 1618. Nebſt einigen Anhängen pag. 1. ſqq.

H. Georg Wilhelms Amts-Ordnung de 5. Jan. 1650. p. 460.

Ej. Ausſchreiben de 19. Aug. 1690. wegen der Rottzehenden, wie weit derſelben Genuß denen Amts-Bedienten ein und andern Orts zulaſſen. p. 489.

Contributions- und Schatz-Sachen Celliſchen Theils. p. 508. ſqq.

Diverſæ Conſtitutiones wegen Bebauung der wüſten Höfe p. 745. ſqq.

Verordnungen wegen Wiederbezahlung des den Land-Leuten und

und Unterthanen vorgeſtreckten Brods- und Saat-Korns, p. 776. ſqq.

H. Georg Wilhelms Verordnung/ wie es mit Redintegrirung der Meyer-Höfe zu halten de 1. Jul. 1690. p. 1005.

H. Johann Friedrichs erneuerte Amts-Ordnung de 18. Jun. 1674. p. 1024.

CF. Ernſt Auguſts Confirmation und fernere Erläuterung dieſer Amts-Ordnung de 18. Mart. 1683. p. 1057.

Ex Appendice ſ. Continuatione dicti Voluminis Conſtit. Cellenſ. ao. 1711. typis exſcripta.

CF. Ernſt Auguſts Conſtitution wegen der Land-Gerichten de 18. Maj. 1691.

CF. Georg Ludewigs Conſtitution wegen Nicht-Veräuſſerung gemeiner Dorffſchafften Güter de 19. Maj. 1702.

CF. Ernſt Auguſts Conſtit. wegen Länderey- und Wieſen-Verpfändung de 8. Jun. 1691.

Ej. Conſtitutio von Baum-Plantagen de 21. Maj. 1695.

Ej. Renovatio ejusdem Conſtitutionis de 7. Apr. 1696.

CF. Georg Ludwigs Edict von Zuſchlag der Felder de 21. Febr. 1701.

CF. Ernſt Auguſts Weg-Ordnung de 2. Mart. 1691.

CF. Georg Ludewigs Zehend-Ordn. de ao. 1709. d. 1. Jul.

In continuatione II. dicti Voluminis reperitur quoad opiliones:

CF. Georg Ludwigs renovirte Ordnung wegen Waſchung der Schaaffe de 25. Maj. 1709.

Extravagantes.

Conſtitutio von den Unter-Gerichten auf dem Lande des Curfürſtenth. Lüneb. quæ appendicis loco adjecta der Zelliſchen Hoff-Gerichts-Ordnung.

Sachſen-Lauenburgiſcher Land-Tages-Abſchied zwiſchen Hertzog Georg Wilhelm und den Land-Ständen errichtet d. 15. Sept. 1702. und von Curf. Georg Ludwig d. 2. Apr. 1705. confirmiret.

Sach-

Digitized by Google

Sachſen-Lauenb. an. 1711. gedruckte Policey-Ordnung nebſt dazu gehörigen materien / als Teich- und Forſt-Sachen.
Receſſus Hoyenſis de an. 1697.
Reſolutio Hoyenſibus ſtatibus data 1697.
Reſolutio ſtatibus Luneburg. an. 1686. & 1695. impertita.

## §. XVI.

Conſtitutiones aliarum Germaniæ regionum, ex quibus jura & ſtatus ruſticorum cujusvis territorii explicari poterunt, quotquot in notitiam meam pervenerunt, per ſaturam quaſi hic colloco:

Anhaltſche erneuerte und verbeſſerte Landes-Ordnung de an. 1666.
Landrecht der Fürſtenthümer und Landen der Marggrafſchafften Baden und Hochberg / Landgrafſchafft Sauſenberg / und Herrſchafft Rötelen / Badenweiler / Mühlberg de an. 1710.
Biſchoff Neidhardts Bambergiſche Zehend-Ordnung de 15. Jun. 1593.
Ober- und Nieder-Bayerſches Land-Recht de an. 1616. cujus titulo XVIII. agitur de decimis, qui adjunctus eſt Syringii Zehend-Rechte pag. 729.
Ferdinandi II. erneuerte Böhmiſche Landes-Ordnung de an. 1640.
Ferdinandi III. Declaration über die neue Böhmiſche Landes-Ordnung.
Marggraff Chriſtian Ernſts Brandenburg-Bareutſche Zehend-Ordnung de 20. Jun. 1660. quæ reperitur apud Syringium *l. c. p.* 735.
Brandenb. Onolzbachſche Zehend-Ordnung de an. 1665.
Der Stadt und Budjadinger Landes Land-Recht de anno 1622. 1664.
Hadliſches Land-Recht de an. 1584.
Halberſtädtſche Land-Gerichts-Ordn. de an. 1690.
Hildesheimſche Amts- und Unter-Gerichts-Ordnung de an. 1665.


Jever

Jeverſches Land-Recht de 1604.

Ertz-Hertzogs Carl Kärntiſche Zehend-Ordnung de 1577.

Fürſtl. Sächſiſche Niederlauſitziſche Landes-Ordnung de an. 1669.

Lippiſche Ordnung wegen der Dienſte / Zehenden und Pachten de an. 1664.

Magdeburgiſche Policey-Ordnung de ao. 1688.

Mecklenburgiſche Policey- und Land-Ordnung de 1572.

Naſſau-Catzenelnbogiſche Gerichts- und Landes-Ordnung de an. 1711.

Keyſers Leopoldi Oeſterreichiſche Landes-Gerichts-Ordnung ob der Ens, quæ reperitur apud Weinrartium in faſciculo diverſorum jurium provincialium.

Oeſterreichſche Zehend-Ordnung unter der Ens, apud Syringium *l. c. p.* 713.

Hochfürſtl. Onolzbachiſches Ausſchreiben / wie es mit dem kleinen Zehend ſoll gehalten werden de 29. Aug. 1705. apud Syringium *l. c. p.* 767.

Fürſtl. Oelsniſche Landes-Ordnung de an. 1610. apud Weingartium l. c.

Der Fürſtenthümer Oppeln und Ratibor Landes-Ordnung: apud Weingartium l. c.

Osnabrüggiſche Eigenthums-Ordnung.

Cur-Pfälziſche Landes-Ordnung de an. 1582.

Cur-Pfälziſches Land-Recht de an. 1611.

Ravensbergiſches Eigenthums-Recht.

Des Fürſtenthums Sangen Landes-Ordnung de an. 1555. apud Weingartium l. c.

Schleswig-Holſteiniſche Land-Gerichts-Ordnung de 1636. Sleswici 1701. denuo impreſſa.

Solmiſches Land-Recht de an. 1612.

Neu reformirte Landes-Ordnung der Fürſtl. Grafſch. Tyrol de an. 1573.

Würtenbergiſches erneuertes Land-Recht de an. 1655.

Würz-

Digitized by Google

Würgburgiſche Zehend-Ordnung de 16. Jun. 1706.
Des Hochlöbl. Stiffts Würgburg und Hertzogthums Francken Keyſerl. Landes-Ordnung de 1619.

## §. XVII.

Quod ad reliquas conſtitutiones, ruricolas concernentes attinet, in Saxonia evolvi poſſunt *Corpus Juris Auguſteum*, a Dn. LVNIGIO, viro laborioſiſſimo, duobus Tomis collectum; in Ducatu Magdeburgico MYLII *Corpus conſtitutionum magdeburgicarum;* in terris Electoralibus Brunsvico-Luneburgic. *Collectiones* cura & ſumtibus FÖRSTERI Hannov. publicatæ, quarum ſupra mentio facta; in terris Oldenburgicis JOH. CHRISTOPH. von OETLEN Corpus Conſtitutionum Oldenburgicarum ſelectarum, quæ pertingunt usque ad ann. 1722. edit. 1724. in 4. cujus ſex Partes recenſere hic placet. Pars I. continet Conſiſtorial-Kirch-Schul-Armen-Häuſer und Ehe-Sachen. II. Regierungs-Policey-Land-Deich-Jagd-Holtz-Lehn-Commercien-Sachen. III. Juſtitz-und vergantungs-Sachen. IV. Cammer-Steur-Müntz-Geſtempelt-Papier-Abzug/ Zoll-und dergleichen Herrſchafftliche Einkünffte betreffende Sachen. V. Krieges-Landmilitz-Sachen. VI. Stadt-Sachen aliaque. Optandum, ut plures hoc exemplum imitarentur, ſed ita cum Dn. HOFMANNO JCto Francof. ad oderam dicendum eſt: *Non pro ultimo impedimento adminiſtrandæ juſtitiæ habendum, quod plerumque leges & conſtitutiones provinciales inter arcana & myſteria vel quaſi referantur. Hinc rebus his attentiores pro oraculis habentur, ac pene noſtro ævo ſunt, quod Romanis Pontifices aut Prætores, a quibus formulæ actionum petebantur.* Antequam hanc ſectionem claudam, adhuc recenſendas duxi, quas ſupra §. IV. omiſi, GEORG. KRVGERI Diſſertationem *de Servis* vulgo Wenden/ quæ reperitur T. II. rerum Luſat. CHR. GOTFR. HOFMANNI p. 184. & JOH. WILH. WALDSCHMIEDT Diſſ. *de hominibus propriis Haſſiacis.*



Digitized by Google

## SECTIO II.
## DE
# STATV RVSTICORVM IN GERMANIA GENERALI.

### §. I.

APud antiquiſſimos Germanos agriculturam non adeo magni factam eſſe, auctor eſt TACITVS Cap. XIV. aurei ſui de *moribus Germanorum*, libelli: *nec arare*, inquiens, *terram aut exſpectare annum, tam facile perſuaſeris, quam vocare hoſtes & vulnera mereri; pigrum quinimo & iners videtur, ſudore acquirere, quod poſſis ſanguine parare. --- Fortiſſimus quisque ac bellicoſiſſimus nihil agens, delegata domus & penatium & agrorum cura feminis ſenibusque, & infirmiſſimo cuique ex familia, ipſi hebent: mira diverſitate naturæ, cum iidem homines ſic ament inertiam & oderint quietem.* Putat tamen Dn. PRÆSES *in Diſſ. cit. Cap. I.* §. 3. *n.* 9. *p.* 9. hunc Taciti locum de curis illis minoris momenti intelligendum eſſe, ne forte fruges pecoribus in paſtum cederent aliaque, & illud CÆSARIS *de bello Gallico* Lib. VI. cap. 22. *Agriculturæ non ſtudent;* de agricolatione ad Romanorum modum artificiali, in voluptatem magis, quam utilitatem intelligendum eſſe: quam ſententiam quoque amplectitur Dn. ESTOR in tractatu nuper admodum publici juris facto, *de Miniſterialibus Cap. II. Sect. II. p.* 113. Cui & ſequentia Taciti Cap. XXVI. ſuffragari videntur: *Arva per annos mutant, & ſupereſt ager, nec enim cum ubertate & amplitudine ſoli laborare contendunt, ut pomaria conſerant & prata ſeparent & hortos rigent, ſola terræ ſeges imperatur.*

### §. II.

Aevo Francorum agriculturam ad ſervorum officium ſpectaſſe, conſtat ex medii aevi monumentis & diplomatis. Pa-

Digitized by Google

Vid. Pactum legis Salicæ apud Dn. ECCARDUM p. 31. Quod autem tantus in Germania ſervorum numerus quondam exſtiterit, ſequentes adferuntur cauſſæ. 1) Quod peregrini, qui imperio noſtro non vivebant ſubjecti, ſervituti addicerentur, unde nonnulli origines juris Wildfangiatus & des Strand-Rechts repetunt; 2) Cruentam Alemannorum cladem, ex quo prœlio tamen nonnulli falſo omnem ſervitutem deducunt. 3) amiſſam libertatem Saxonum a Carolo M. ſubjugatorum & per omnem Galliam Germaniamque diſtributorum, unde nonnulli jus Albinagii ſeu le droit d' aubine repetunt. 4) duram admodum Slavorum habitam conditionem & capitale in gentem iſtam odium, ut bello capti in duriſſimam detruſi fuerint ſervitutem. 5) Enormem ſuperſtitionem, qua adducti quidam homines liberi dedititii & ſervi eccleſiarum eſſe malebant, quam liberi. Addunt & 6) modum amittendi libertatem, ſi quis per anni ſpatium in terra cœnobiorum degeret. Vid. JOH. GEORG. ESTOR in Comment. *de Miniſterialibus*, ubi late hos ſervitutum modos ex medii ævi ſcriptoribus explicat. Servi autem iſti diſtinguebantur in miniſteriales, Dienſtmanne/ Dienſt-Leute/ Knechte/ colonos & mancipia. Miniſteriales ex nobilibus pariter & ignobilibus conſtabant, de quibus ultimis hic nobis ſermo. Vid. HERTIUM in Diſſ. *de hominib. propr.* & SCHILTERUM *in J. P. L. 1. tit. VII.* Litos libertorum vicem expleviſſe, & cum colonis maxime conveniſſe, veroſimile eſt, quanquam vox iſta pro ſervo ſimpliciter ſæpius ſumatur. Sed hæc ut probe intelligantur, paulo diſtinctius ſingula examinabo.

## §. III.

Nota eſt diſtinctio inter miniſteriales majores & minores. In illorum cenſum referuntur Duces, Comites & Dynaſtæ, qui primaria aulæ curabant officia: quo honore ut etiam Monaſteria coruſcarent, ipſi fundatores partim ejusmodi munera conſtituebant, partim ab Abbatibus aliisque Præſu-

libus dignitates iſtæ Vaſallis monaſterii conferebantur. Adducam hanc in rem duo teſtimonia*, alterum ex chronico WEINGARTENSIS MONACHI *de Guelfis Principibus* apud LEIBNITIVM T. I. S. R. B. p. 781. ubi de Welfo ejusque poſteris, Sereniſſimæ Domus noſtræ fundatoribus, ita ſcribitur: *Domum ſuam regio more ordinabant, ut ita quæque officia in eis, id eſt, Miniſteria* DAPIFERI, PINCERNÆ, MARSCHALCI, CAMERARII, SIGNIFERI NB. *per* COMITES *vel* EIS ÆQVIPOLLENTES *regerentur. Præfecerunt etiam familiæ ſuæ tam majori, quam minori unum de majoribus curiæ, quem nominabant* ADVOCATVM, *qui vice ſua pro omnibus ſuis ſtaret coram Regibus ſeu Ducibus, vel aliis judicibus & in quacunque cauſa vel querimonia pro eis reſponderet.* Alterum ex *chronico Stederburgenſi* apud eund. LEIBNIT. T. I. p. 580. ubi dicitur, quod *Friderundis* illuſtri ſtemmate orta, poſtquam monaſterium ingreſſa erat, *omnes, quos jure hereditatis poſſederat, litones feodales, officiales Domino ſubjugaverit, & quod ad hujus mundi gloriam pertinet, ſecundum ritum Principum*, Dapiferis, Pincernis, Marſcalcis, Militibus, Miniſterialibus *eccleſiam* (Stederburgenſem) *glorioſiſſime decoraverit.* Miniſteriales autem minores erant, qui a Principibus, Comitibus & Monaſteriis variis rei œconomicæ muneribus præficiebantur, villis præponebantur, canones decimasque colligebant, Dominis ſuis in comitatu & menſa aderant, ſui tamen juris non exiſtentes donari, permutari, oppignorari poterant, quibus nec integrum fuit, absque Domini conſenſu matrimonium contrahere, aut imparis conditionis uxorem ducere. Et ex hujus generis hominibus ſeculo potiſſimum decimo tertio primarios etiam aulæ officiales lectos eſſe, extra omne dubium eſt, cum Dapiferi, Pincernæ, Marſchalci & alii hujus ordinis donati, permutati, oppignorati legantur. Gaudebant quidem miniſteriales iſti bonis & prædiis quibusdam, in eo tamen a militibus ſeu vaſallis differebant, quod Principes & Monaſteria pro lubitu eorum poſſeſſiones revocare aliisque conferre poſſent, quod omni libe-

libertate exuti ſponte ſua matrimonia contrahere non valerent & quæ ſunt hujus argumenti plura. Progreſſu tamen temporis & calamitoſis potiſſimum bellorum inteſtinorum temporibus, miniſteriales noſtri, inprimis ditiores, ſe a nexu iſto liberare & meri vaſalli ſeu militis, libertate ſua gaudentis naturam induere allaborarunt. Vnde ſæpius vaſallos, milites & miniſteriales uno eodemque nomine, recentiori potiſſimum ævo, venire reperias.

## §. IV.

Accuratiori hujus rei inveſtigationi haud dubie occaſionem præbuit controverſia de Comitum præ nobilibus prærogativa, quæ ex illa quæſtione enata videtur, an immediati nobiles, qui ſunt in ordinum Imperii territorio, aut ibi bona habent, credantur etiam eſſe de territorio, ſeu quod idem, domino territoriali quoad bona iſta ſubjecti. Prærogativam Comitum in peculiari diatribe vindicavit SCHILTERVS, cui tamen ſe oppoſuit PREGITZERVS, cujus partes etiam ſecutus eſt B. BVRGEMEISTERVS in dem Graffen- und Ritter-Saal. Ei tamen denuo bellum litterarium indixit doctiſſimus auctor des vorläuffigen / doch gründlichen Berichts vom Adel in Teutſchland/ & cujus partes amplectuntur ſupra citatus Dn. ESTOR in Comment. *de miniſterialibus*, & KOPPIVS in tr. *de inſigni differentia inter S. R. I. Comites & nobiles immediatos*. Territorialem ordinum Imperii in nobiles poteſtatem aſſerunt libelli, quibus titulus præfixus: *Nobilis territorio ſubjectus*. His alii contrarium præ ſe ferentes titulum ſunt oppoſiti. Dn. GLAFEY in Comm. *de vera miniſterialium indole*, nobiles miniſteriales a ſervili, ut ille loquitur, macula liberare & Dn. de PLÖNNIES refutare voluit. Eum tamen refellere aggreſſus eſt Dn. ESTOR in Commentariis ſupra citatis & in ita dictis *animadverſionibus ad Commentationem Glafeyanam de miniſterialibus*, quæ dictis Commentariis ipſius adjectæ reperiuntur.

§. V.

## §. V.

Verumenimvero, quemadmodum mei inſtituti & temporis ratio non patitur, ut me huic controverſiæ immiſceam, ita unam aut alteram, ad hoc argumentum ſpectantem, obſervationem tantum additurus ſum. Comites Peinenſes Ducum Brunsvicenſium miniſteriales fuiſſe, docet Continuator Helmoldi: *Multi*, inquit, *Miniſterialium Ducis, qui ab incunabulis ab eo educati fuerunt, & quorum patres ſine omni contradictione ei ſervierant, ut Henricus de Witha, Ludolphus de Hertesburg, Ludolffus* DE PEINA *& plures alii receſſerunt ab eo.* In Diplomate Liutgardis Gandersheimenſis Abbatiſſæ apud LEIBNIT. T. II. S. R. B. p. 378. quo cum conſenſu & conſilio conſororum ſuarum, & Principum, Nobilium, Miniſterialium eccleſiæ ſuæ confamulantium, cum Herimanno Comite concambium quoddam fecit, Miniſteriales cum litonibus conjunguntur. Johannes eccleſiæ Verdenſis Epiſcopus jura miniſterialium, litonum & burgenſium diſtinxiſſe & diſtincta ſuis privilegiis roboraſſe fertur, apud LEIBNITIVM *in chron. Epiſcopor. Verdenſ. T. II. p.* 218. unde quis concludere poſſet, miniſteriales litonibus, qui liberti erant, admodum affines fuiſſe. De permutatione miniſterialium adſcribi meretur Diploma Alberti Ducis Brunsvic. de ao. 1257. apud KETNERVM *in antiquit. Quedlinburg. p.* 338. *Venerabili Dominæ ſuæ Gertrudi Quidelinb. Abbatiſſæ. Dei Grat. Albertus Dux de Brunſvig paratam ſemper ad obſequia voluntatem. In hac noſtra littera recognoſcimus & publice proteſtamur, quod nos Fridericum Miniſterialem noſtrum, filium Hermanni militis de Dalem, de conſenſu fratrum noſtrorum vobis & Eccleſiæ veſtræ damus, & recipimus ex cauſa commutationis pro ipſo in conſortium Miniſterialium noſtrorum Olricum Miniſterialem veſtrum filium Ludolphi militis de Bartfelde, ut ipſe nobis & poſteris noſtris ea conditione teneatur, quibus nobis miniſteriales noſtri cæteri ſunt aſtricti. Huic facto noſtro præſentes aderant Dn. Conrad de Dorſtadt, Heno de Wenethen, Gebehardus de Bortfeld, Ludolphus de Weberlinge, Ludolf de Honlege & alii*

Digitized by Google

*& alii plures. Dat. Brunſvig. An. 1257. 17. Kal. Maj.* Henricus Dux Bavariæ & Saxoniæ an. 1204. Regi Ottoni fratri ſuo, Jordanem, filium Jordanis Dapiferi ſui, Miniſterialem donavit. Sifridus Epiſcopus Hildeſienſis & Otto Rom. Imperator an. 1218. commutant Ecbertum, filium Guncelini Imperialis aulæ Dapiferi primogenitum, cum filio primogenito Conradi Marſchalci ex filia Advocati de Dalheim. In Diplomate Epiſcopi Hildeſienſis Bernardi ſuper caſtro Homborch & Wincenborch, ſequens teſtium ordo habetur: *Plurimi ex clero - - -* NOBILES *quoque ſeu* LIBERI *Ludolfus de Woltingerode, Theodericus de Ricclinge, Bernhardus Vicedominus - - -* MINISTRI *quoque Eccleſiæ Ludolfus Advocatus, Luppoldus & Hugo fratres ejus - - - Erneſtus Dapifer.* Quamvis autem hic Ludolfus Advocatus inter miniſteriales referatur, notandum tamen, ante ſeculum XII. & interdum poſt, ex Comitibus Advocatos eſſe electos. Adaldagus in Diplomate de an. 987. Ludigium eccleſiæ Buccenſis Advocatum vocat *virum præclaræ nobilitatis;* verum hic ex Dynaſtarum de Monte & Minda proſapia erat oriundus. Notatu dignum, in Diplomate Liemari Archiepiſcopi Bremenſis, apud LINDENBROG p. 148. quod agit de donatione Asbekæ & Alerbekæ, Gerhardum Dynaſtam de Stumpenhuſen propter impietates & rapinas in poteſtate Ducis fuiſſe, nihil autem poſſe facere legitime, nec dare, nec accipere, niſi exiret e poteſtate Ducis: *Tunc nos,* ſunt verba Diplomatis, *Magnum in nativitate Domini invitantes pro eo interpellavimus, exoravimus, exire de poteſtate ejus fecimus, ut liber eſſet ex toto.* Porro miniſteriales, qui in permultis chartis ſervientes vocantur, in Diplomate Adalberonis Hamburgenſis Archiepiſcopi, RVRICOLÆ, & in Monum. Wurtemb. NOBILES SERVI vocantur. Quibus & conveniens eſt ſequens documentum apud SCHANNAT in *clientela fuldenſi beneficiaria p. 354. Ne fata hominum temporalia ſimul cum temporibus elabantur, ſcripto ſolent ejusmodi perhennari: Hinc eſt, quod nos Cunradus & Cunradus Domini de Winſperg*

*fratrueles*, *a Domino Reverendo Marquardo Abbate Fuldenſi*, *cui auxilium ſibi proficuum tempore oportuno impendere promiſimus*, *cum ſuper eo fuerimus requiſiti*, *noſtris precibus obtinuimus & inſtantiis*, *ut* VTA & AGNES *filiæ legitimæ Fratris Engelhardi Nobilis de Nidecke*, *ipſius Monaſterii propriæ Miniſteriales*, *apud* MINISTERIALES *ſeu* NOBILES HOMINES NOSTROS PROPRIOS, *ac filios eorundem matrimonium legitimum contrahere poſſint. &c. Anno* 1287. Decedentibus miniſterialibus mortuario etiam locum fuiſſe, ut heredes optimum veſtimentum aut optimum pecus Dominis tradiderint, innumera loquuntur documenta.

## §. VI.

De miniſterialibus ſordidioris conditionis, ſeu mere ſervis, ſequentia Capitularis Caroli M. de villis ſuis, a CONRINGIO editi, adſcribam verba: *Stabula atque coquinæ & piſtrina ſeu torcularia ſtudioſe præparata fiant*, *quatenus ibidem condigne* MINISTERIALES *noſtri officia eorum bene nitide peragere poſſint.* Et porro: *Vt unusquisque judex in ſuo miniſterio bonos habeat artifices*, *iſt eſt*, *fabros ferrarios & aurifices vel argentarios*, *ſutores*, *tornatores*, *carpentatios*, *piſtores*, *nec non & reliquos* MINISTERIALES, *quos ad numerandum longum eſt.* Cumque ejusmodi vilioribus officiis deſtinarentur, inſtar ſervorum Romanorum MANCIPIA dicta ſunt, ut in concilio a Duce Thasſilone apud Dingelvingam an. 772. celebrato, apud VELSERVM *rer. bojar. L. V. fol.* 310. & in addit. ad *metrop. Saliſb. T. I.* ſub rubro: *Epiſcop. patav. fol.* 342. & *Brix. fol.* 450.

## §. VII.

*Coloni* ſeu *villici*, qui interdum *villarum miniſteriales* appellantur, libertatis aliquam etiam referebant ſpeciem; invitis tamen dominis arva relinquere non potuerunt, unde & caſati dicti, glebæ ſervi, manſionarii, maſſarii, cum prædiis emtione aut alio juſto titulo tranſibant. Adſcribi merentur ſequen-

quentia *ex vita Meinwerci Epiſc. Paterb.* apud Leibnitium T. I. p. 563. ubi de hoc Præſule, monaſterium extra Paderbornam a ſe fundatum dotante, ita ſcribitur: *Quia de prædiis in confinio tantum non habebat, ut ſufficere poſſet ad uſus Eccleſiæ ac Deo ſervientium in ea, decimas ſubterſcriptas de dominicalibus curtibus ad Epiſcopatum pertinentibus eidem Eccleſiæ dedit. Quarum prima eſt Euenhus & XIII. Vorewerc ad eam pertinentes, Sutheim & tres Vorewerc ad eam pertinentes - - - - Ipſis autem villicis, qui domos has prædictas inhabitabant, vel his, qui poſt eos ponendi ſunt, nihil omnino niſi XV. jugera pro veſtitu prætermiſit: alia vero omnia, quæ laboraverint in agro, vel nutrierint in domibus tam propria ſua, quam ad epiſcopalem poteſtatem pertinentia, quadrupeda ſive pennata, more ſolito absque ulla contradictione addecimari conſtituit. Vt autem nulla ex his prætermitteret, quæ ſibi a Deo data eſſent, dedit & decimam in Sinithi ſuper armenta ſua & ſuper examina apum. Conſtituit autem, ut ſi quis eorum, qui videntur his omnibus praeſſe, præſumtuoſe hanc traditionem per malam voluntatem aut propter nequitiam cordis ſui irritaverit, & ſecundum ejus diſpoſitionem decimam non dederit, dicens: ſe juſte non daturum - - - ſi* Ministerialis *hujus rei rector eſt, juramento ſe in reliquiis purgabit; ſi* Lito, *judicio ferri igniti ſynodali ſententia ſe liberabit.* Et ad hanc colonorum claſſem refero omnes illos, quos Schannatus in Buchovia veteri Cap. III. p. 331. Eccleſiæ fuldenſi obſtrictos fuiſſe memorat, ſcil. Stipendiarios, Biduanos, Triduanos, Quotidianos, Tributarios, Novales, Cenſuales; quæ ſervorum ſpecies cum ruſticis hodiernis admodum coincidunt. Non tantum enim in quibusdam locis unum aut alterum diem in hebdomade ſervire tenentur, ſed & pagos nominare poſſum, in quibus quidam ruſtici quatuor, imo quinque dies ſervitiis ſunt adſtricti; hos autem ideo mancipia vocare, abſonum eſſet. Nota quoque eſt diſtinctio in colonos fiſcalinos, eccleſiaſticos & privatorum, prout vel Regi vel Eccleſiæ vel privatis ſunt obnoxii. Colonis aliquo modo accenſendi

ſendi ſunt, qui bona ſua Eccleſiis donabant, ac donata rurſus ad vitæ ſuæ tempus per precariam in beneficii modum recipiebant: quod illuſtrabo formula traditionis Hrodolti de pago Vuormacinſe de anno 772. apud SCHANNATUM *Corp. tradit: fuldenſ. p.* 18. - - - *Donatum in perpetuum eſſe volo* - - - *quicquid in his locis de* ALODE *parentum, vel de quolibet adtracto ad nos noſcitur perveniſſe, tam terris, domibus, ædificiis*, ACCOLABUS, MANCIPIIS. ( Vides hic duas poſteriores ſervorum ſpecies ) - - - *ea ſcilicet ratione, ut dum ad vivo ipſam Hereditatem ſub veſtro beneficio tantum modo absque diminutione aliqua ipſius Monaſtery, per veſtram Precariam excolere debeam.*

## §. IIX.

Liti, qui & lati, liuti ( unde vulgare medii aevi cognomen *Liutmann*) laſſi, lidi, leddi, ledii, lidones & leuti vocantur, ſecundum Schannatum & Eſtorem, ſunt homines medii inter ſervum & liberum, qui cum colonis in eo conveniebant, quod de agris ſibi concreditis annuum canonem præſtarent & ad quædam ſervitia dominis præſtanda tenerentur. Hi autem æque ac aliæ ſervorum medii ævi ſpecies commode ad tres illas ſupra memoratas ſervorum claſſes referri poterunt, De litis ex inſtituto hic ago, quod ii notiſſimi; de ceteris infra paula dicentur. In Eccleſia Fuldenſi occurrunt lidi pleni & lidi dimidii. Vnde Ruocelinus de Aldenfeld filium ſuum Reginaldum ex propria ancilla genitum donans, vult ut optimo Lidorum utatur jure. SCHANNAT. *l.c. p.* 331. Quemadmodum autem vox miniſterialis interdum litonibus, imo mancipiis tribuitur, ita & lito ſæpius ſervum ſtricte ſic dictum ſeu mancipium denotat. Plerumque tamen intermedium inter colonos & mancipia conſtituunt genus. In traditione Karoli filii Pippini de Trajecto & Fechtna ex ſeculo IIX. apud WILH. HEDAM *in hiſtor. traject. p.* 29. ita diſponitur: - - *Donamus - - cum omni integritate eorum, quicquid dici vel nominari poteſt, hoc eſt, una cum manſis, terris, caſis, domibus, ædificiis,*

AC-

Digitized by Google

ACCOLABVS, LVITIS, MANCIPIIS, *campis - - greges cum paſtoribus utriusque generis & ſexus &c.* Imo litos allodia ſua habuiſſe, præter alia documenta nos docet Diploma Gertrudis, Abbatiſſæ Quedlinb. de ao. 1236. apud KETTNER p. 263. quo litones quidam Eccleſiæ Quedlinb. advocatiam bonorum ſuorum Quenſtadii ſitorum pecunia redimunt a quodam Milite de Arneſten, & ſe jurisdictioni Abbatiæ ſubmittunt. Ibi inter alia: *Inter hæc vero bona V. manſi quadrante minus ſpectant ad* ALLODIVM, *quos quidam litonum antea particulariter excolentes pro ipſis ſtatuta maldera perſolverunt.* i. e. Sie haben die 5. Huffen weniger 7½. Morgen beſonders als ein Eigenthum und Erbſtücke inne gehabt/ und davon nur ein gewiſſes an Korn entrichtet: quæ præſtatio malderæ libera donatione ab anteceſſoribus Abbatiæ Quedlinburgenſi offerri potuit. Alterum exemplum hujus rei occurrit in SCHANNATO l. c. p. 331. in quodam lido Herolt vocato, cui etiam bona ſeu prædia allodialia fuerunt, quæ ſub modica annui cenſus præſtatione obligata, ab omni impoſterum ſervitute exemit, & libera eſſe voluit. An autem leodes a litis diverſi generis fuerint, ut putat BVCHELIVS *in Comment. ad Hedæ Hiſt. Traject. p.* 117. quod liberi fuerint, fide tantum domino ut vaſalli addicti, in medio, brevitatis gratia, relinquo: hoc tantum ſine cenſoria virgula non poſſum dimittere, cum nonnulli autument, *feudum* dictum quaſi *leudum*, & *ligium* hominem quaſi principi fide addictum. Feudum enim a Weſtfalorum Foeden/ Fuden/ i. e. alere, nutrire, deſcendere vero admodum eſt ſimile. Quod reliquum eſt, naturam litonum ſtatui ruſticorum hodiernorum maxime reſpondere arbitror.

## §. IX.

Mancipia, quæ & homines proprii, manus mortuæ, germanice, eigene Leute/ Leibeigne/ Halßeigne/ arme Leute/ vocantur, ad morem mancipiorum romanorum raſtris & aratris aliisque durioribus negotiis devota erant, ut Claudiana utar

 phra-

Digitized by Google

phraſi, quibus cuncta ſervitiorum genera pro arbitrio & voluntate dominorum incumbebant, quæ non tantum cum prædiis venditis velut alia mobilia in emtoris poteſtatem perveniebant, ſed & ſeorſim vendi poterant, hac tamen lege & conditione, ne Judæis aut gentilibus traderentur, qui poſteriores victimas Diis ſuis ex iſtis mancipiis offerre ſolebant, ut ex Diplomate quodam Ottonis M. quo enormem hunc abuſum abrogatum vult, me didiciſſe recordor. Sic jam in capitulari Caroli M. apud BALVZIVM *T. I. p.* 1005. ita cavetur: *Præcipimus generaliter omnibus, ut mancipia chriſtiana paganis vel Judæis non tradantur.* Si quis tamen ira correptus mancipium occiderat, levi admodum pœna commiſſum delictum luebat. Vide *legem Saxonum* apud LEIBNITIVM T. I. S. R. G. p. 78. ubi: *Qui nobilem occiderit, ICCCCXL. ſolidos componat. - - Si ſervus a nobili occiſus, XXX. ſolidis componatur, vel tribus juratoribus negetur: ſi a liberto vel lito, pleno ſacramento negetur. - - Qui Caballum furaverit. Capite puniatur.* Additque LEIBNITIVS ſequentem epicriſin: *Quid incongruum magis, quam caballi furtum capite puniri, nobiliſſimi viri cædem pecunia lui. Eant nunc & veteres Germanorum leges revocent in uſum viri docti, exploſis Romanis, hoc eſt, a fruge ad glandes revertantur.*

## §. X.

Dum in jucundiſſimo medii ævi tempore jam verſor, non poſſum mihi temperare, antequam ad alia progredior, quin uſitatiora ad rem agrariam medii ævi ſpectantia explicem vocabula, & dein pauca de ſtatu ruſticorum hodierno adjiciam. Poſſem quidem B. L. ad LINDENBROGII, PITHAEI, CANGII, SPELMANNI gloſſaria ablegare, ſed iſta non cuivis ad manus ſunt, & nonnulla minus recte intellexiſſe videntur.

## §. XI.

In veteri chartulario Prumienſi mentio fit, quatuor generum manſorum, *ſervilium, ledilium, ingenualium* & *abſium.*

CASA-

Cæsarius Heisterbacenſis in notis ad illud, *ſerviles* manſos interpretatur eos, qui continuo tenentur cœnobio ſervire, id eſt, omni hebdomade per totum annum tribus diebus. Secundum Cangium in *gloſſario* erant ii, quos ſervi & coloni excolebant, ſub cenſu, qui domino præſtabatur & aliis conditionibus, quæ in ſervili graviores erant, quam in ingenuali. *Lediles* ſunt, qui multa jura ſolvunt, ſed tamen ita continue non ſerviunt, ſicut manſi ſerviles. Manſi *ingenuales* ſunt, qui ab hominibus regiis coluntur ſub annua certa penſione. Quilibet iſtorum manſorum, teſte Heiſterbacenſi, habuit CLX. jurnales terræ, quos vulgo appellarunt Königshuive. Manſi *abbi* ſunt, qui non habent cultores, ſed dominus eos habet in ſua poteſtate, qui vulgariter appellati Weoynde. Quod autem ad vocem ipſam Manſi attinet, dominus Schannatus eam a manendo dictam putat: vocatur & manſa & manſum. Erat fundus, in quo colonus degebat cum familia, nec multum in hoc differebat ab Hubis, quæ & ipſæ modus agri erant, cum annexa habitatione coloni. Ex iis quidam dicti cenſuales, quos ad manſos ingenuales, de quibus modo dictum, commode refero. Manſi regales ab omni plane onere ante donationem liberi bene meritis ſæpius in beneficium dabantur. Sic in traditione Henrici III. cuidam militi Marcwardo facta 1041. apud Maderum *antiq. Brunsv. p.* 221. dicitur: *Marcwardo cuidam militi decem regales manſos noſtræ proprietatis cum Zinurdis & illorum uxoribus filiisque ſuis ac filiabus imo cum omnibus ſuis poſſeſſionibus &c.*

## §. XII.

*Huba*, quæ & *Hobonna* & *Haſtuna* vocatur, hodie adhuc XXX. jugera ſ. Morgen continet, ut conſtat ex charta Arndeonis, qua ad ann. 779. donat in pago Grapfeld in villa Stocheim *Hobam unam quod eſt XXX. jugera terræ araturiæ. Corp. tradit. Fuldenſ.* Schannati *n.* 61. *p.* 32. Similiter Fridohelm in Belnriod in pago Grapfeld, *Hobas V. & ad unam-quam-*

Digitized by Google

*quamque hobam XXX. jugera.* Diſtinguebantur olim in *hubas regales, dominicales* & *ſerviles.* Prioris generis tres ſitas in loco Helmeri Cheshuſa obtulit Conradus Rex ad altare S. Bonifacii ao. 812. Vid. *Corpus trad. Fuld. n.* 551. Duas vero hujusmodi *hubas regales*, id eſt, *liberas*, & ab *omni poteſtate ſecularium perſonarum abſolutas* tradidit Albhardus vir nobilis ad cenſum LXXX. ſolidorum. Hubas etiam interdum *Colonias* dictas fuiſſe, diſcimus ex charta donationis Willibaldi Eyſtettenſis Epiſcopi facta an. 786. apud SCHANNATVM *C. T. F. n.* 78. *p.* 39. ubi ſequentia adſcribi merentur: *Ego Vuillibald novem trado colonias (hoc ſunt Hobunnæ) integras cum omnibus adjacentiis & finibus ſuis, in arialis, in terris araturiis, in ſilvis, in campis, in pratis, in paſcuis, aquis aquarumque decurſibus, edificys molinariis, mancipia cum omni ſuppellectili eorum & hac nomina ſeu numerus eorum &c.*

## §. XIII.

Juger ſeu jugum & jugerum, terræ certa portio, jam apud Romanos ita definita, quantum juncti boves uno die arare poterant. Vuitger anno 823. in terminis villæ Sundheim monaſterio Fuldenſi donat *unum jugerum Curtiferum*, id eſt, ſuper quo curtis exſtructa erat. *Corp. Trad. Fuld.* SCHANNATI *n.* 338. Quin & juger aliquando *motalis* dictus eſt, ut in charta Landrati, qui donat ao. 794. *in Sulzidorpero marcu XX. motales, id eſt jugeres, ad unam arialem.* SCHANNAT. l. c. n. 104. p. 52.

## §. XIV.

*Ager* interdum ſumitur pro jugero. Sic Altmund reperitur donaſſe in villa Weſtheim aream unam & de culta terra agros X. *Corp. Trad. Fuld. n.* 504. & Betilo in villa Ascaha LXXX. agros propriæ hereditatis, quo titulo etiam agri ſalici ſeu terra ſalica vulgo dicebantur, a voce ſala, quæ domum ſignificat, unde liber, qui domus ruſticanæ reditus continet deſcriptos, dictus fuit Salbuch. Noti ſunt præterea *agri fiſcales,*

Digitized by Google

*les*, qui a regibus in beneficium, ad vitam tamen tantum, dabantur, & etiamſi poſtea donatione aut alio titulo ad eccleſiam pervenirent, fiſci ſeu beneficii nomen nihilominus retinuerunt. Sic in vetuſtis traditionum fuldenſium ſummariis Irminolf reperitur donaſſe in Scuntra *unum beneficium piſcatorium* & Gerlacus de Bramvirſt in notitia geſtorum Dudonis Cellarii circa annum 1160. quoddam beneficium, nomine Eckenbor.

## §. XV.

*Bivanc* ſeu *Bivang* latine dicti *Captura*, *ſepta*, *Comprehenſiones* & *ambitus*, erant loci certis ſuis limitibus incluſi, ſeu, ut moris erat, judicialiter circumducti. Bunzo donans ann. 804. in villa Kinzichi, quicquid proprietatis habuit, excipit unum ambitum, quem, inquit, nos *Biſang* appellamus, DN. SCHANNATI *Corpus Trad. fuld.* n. 187. Alibi: *Altfrid & Folrat conjuges excipiunt illum ſeptum id eſt Bivang, qui eſt in Giuſungen.* Interdum tamen captura locum piſcoſum denotavit. Sic Sintperath ann. 825. donat Fuldenſi eccleſiæ *Biſang unum*, qui contingit juxta fluvium Lutarha in utroque littore fluminis Elmaha. SCHANNAT. *C. T. F. n.* 376. In traditione Rihharti de an. 852. l. c. p. 192. dicitur: *Cum una dimidia captura circa flumen Elmaha.* Capturæ interdum ad unum ſpectabant, de quo nomen ſortiebantur, interdum pluribus communes erant, omnibusque rebus inſtructiſſimæ tandem in villas facili negotio coaluerunt. SCHANNAT. in *Buchovia veteri p.* 322. *Bivangen* eſt locum occupare.

## §. XVI.

*Curtis* ſive area, & arealis, quæ & Curte-locus, theotiſce *Hovaſtat* nuncupatur, erat atrium ruſticum, aliquando ædificiis cinctum, aliquando non: ſeu potius habitatio ruſtica colonis ac ſervis ad rem agreſtem neceſſariis inſtructa. In Kartula traditionis Geilradæ & ſororis ejus Eliſabeth de Vuormacinſe de an. 788. apud SCHANNAT. *C. T. F. n.* 81. *p.*

40. ſequentia occurrunt: *Donamus - - - in Mogoncia civitate duas ariales, id eſt Hovaſteti & infra marca Mogonciæ tres vineas & XL. jugera & hæc mancipia &c.* Conf. traditionem Folmuotæ & ſororis de ann. 803. l. c. p. 80. Vnde videre eſt, tum temporis etiam in urbibus tutam ruricolis ſedem fuiſſe. In Karta traditionis Albharti de ann. 819. apud eundem dicitur: *In terminis villæ Weſtheim Curtem cum domo & pomerio.* Halabing donat ann. 863. *in provincia Salagewe in villa Scuntra II. areas, unam cum ædificiis & alteram ædificiis privatam.* Ex his quædam *curtes Salicæ* dictæ, theotiſce *Selehove*, ſeu ut habent paſſim litteræ feudales *Sedelhove*, in quibus mares ſuperſtites excludunt feminas. De reliquis vocis Curtis ſignificatibus vide, ſi placet, Diſſertationem *de Feudis extra curtem*, quam eodem Præſide, quo jam uti contingit, habui.

## §. XVII.

*Villicatio* erat certus quidam diſtrictus, unam vel plures villas cum attinentiis ſuis complectens. Diſtinguitur a territorio, ut pars a toto, quod hoc tantum complecteretur 315. agros, ut patet ex Charta Hattonis I. abbatis, qua ad annum 852. aſſignat in uſus hoſpitum & peregrinorum in ipſa Fuldenſi villa territorium unum, *id eſt, CCC. & XV. Agri* Interdum tamen territorium latius ſumtum univerſitatem agrorum intra alicujus villæ fines denotavit, unde & poſtea domini territoriales dici cœperunt.

## §. XIIX.

Quoad operas ruſticorum medii ævi tantum aliquot terminos in medium proferam, ne argumenti propoſiti limites excedam. Quilibet manſus tenebatur adducere Prumiam ad Cœnobium, *glavem*, id eſt acervum lignorum, XII. pedum in longitudine, & VII. in latitudine; quem recipiebat Camerarius conventus ad procurandum ignem copioſum in calefactorio per totam hiemem a feſto omnium

S. S.

Digitized by Google

S. S. usque ad Paſcha. Vid. *Caſar. Heiſterbacens.* ad *Chartul. Prumienſe. Camba* denotabat ædificium coquendo pani & cereviſiæ aptum, ein Back-und Brauhauß; ibi homines proprii panem fermentatum coquere & cereviſiam braxare tenebantur: qui &, a majore ſeu villico admoniti, adſtringebantur, frumentum de curia dominica ad molendinum deducere, molere, & ad cambam dominicam reportare. *Guactas facere* erat, quando familia frumentum, in horreo dominico ante quam flagellis excuſſum eſſet, in ſuo ordine cuſtodire debebat, & de nocte cuſtodes, ne combureretur a malis hominibus, deputare: quod ſi ſomnolentia quadam neglectum damnumque datum eſſet, ſegetem deperditam eccleſiæ reſtituere adigebantur. *Hoſtilicium ſolvere* erat, domino Abbati de curia ad curiam proficiſcenti currus & boves, ad ferenda neceſſaria ſubminiſtrare. Vbi Cæſarius Heiſterbac. monet, quod boves, qui ad hoſtilicium dati ſint, in curiis mactari & comedi mos fuerit; ſi vero dominus Abbas exegerit redemtionem, quemlibet manſum ſolviſſe denarios quinque. *Curvada* ſignificavit aratrum, & ſequiori ævo vocatur Acker-Plughe/ inde phraſis *curvadas facere*, eſt terram aratro vertere. E contrario *Carrada* vel *carra* idem eſt ac nobis ein Fuder/ ſic in chartulario prumienſi dicitur: *Vnoquoque anno ducit de vino in menſe majo carram dimidiam & in octobri dimidiam. ducit de fimo ſuo carras quinque.* In traditione Arnodbaldi de ann. 773. apud SCHANNAT. n. 39. p. 21. ita dicitur - - - *Dono - - - area una cum caſa, ubi ego intus manere videor, - - - & dono* in *ipſa* marca terræ *araturiæ jugera XV. & prata, ubi fœni creſcere poſſunt Carradæ IIX.* &c.

## §. XIX.

Quid fuerint *angariæ*, explicat Breviloquium apud Cangium: *Angariæ ſunt perſonalia ſervitia, quæ quis in perſona ſua implere cogitur, ſive cum quis propriis ſumtibus ſervit. Vel angaria*

*ria ſunt opera poſſeſſionibus impoſita.* Sic in traditione Conradi Miniſterialis Herbipolenſis eccleſiæ apud SCHANNAT. in *Vind. litt. Collect. I. p.* 89. qua Eccleſiæ Fuldenſi tres manſos & Curtem cum ædificiis neceſſariis donat, & quosdam ex familia ſua in poteſtatem Abbatis tradit, dicitur: *De cetero ab omni ſervitutis* Angaria *Liberi, ſub defenſione Advocati, quem Abbas Monaſterii eis propoſuerit, permanebunt, defuncto quolibet ex his ſive maſculo ſive femina, quod melius in veſtitu cotidiano habuerit*, in *uſum Monaſterii cedat.* De etymo hujus vocis diverſæ ſunt ſententiæ. VGVTIVS in gloſſario angariam ab ango derivatum vult, procul dubio anxietate & miſeriis ruricolarum eo perductus. Sed quamvis vox angariæ interdum pro anxietate mentis ſumatur, vide POTGIESSERVM *Lib. II. c.* 3. §. 4. tamen id barbaris temporibus adſcribendum, vocemque ipſam a Germanorum Anger repetendam arbitror, ut genuina ſua ſignificatione angariæ ſint Anger-Acker-Feld-Dienſte. Fundamentum meæ ſententiæ eſt, quod integer quondam Angrivariorum populus, ut Tacitus Annal. L. 2. c. 8. alibique eos nominat, a campeſtri planitie, von den Angern / denominatus ſit. Vide MEIBOMIVM de *pagis Saxoniæ* T. III. oper. p. 89. Idem populus a BEDA in *hiſtoria Eccleſ.* L. 5. c. 11. ANGARII vocantur, quem ſequuntur auctor vitæ CAROLI M. a Pythoeo editus, Widekindus monachus & alii. In Diplomate Conradi Salici de ann. 1027. mentio fit pagi *Engeri*, qui hodie vicus Angariæ vocatur. Sic *Engersgowe*, cujus mentio fit in traditione Berthæ de anno 1079. apud SCHANNATVM C. T. F. pag. 258. ſecundum etymologiam ſuam, *pagum campeſtrem* denotare, veroſimile eſt. A terræ qualitate regionibus ſæpe nomina indita eſſe, teſtatur etiam vox Börde / i. e. ex mente Meibomii *terra cultui apta*, Bawerde / ſeu ut NEOWALDIVS vult, *locus planus & uber*, vel ut Peucerus explicat, ager oneratus (Bürde) de proventu annuo frugum, ac velut horreum ceterarum partium aridiorum:

diorum: unde in Ducatu Magdeburg. noſcuntur die Hohe-Börde & die Holtz-Börde/ fœcunditate agrorum nobiliſſimi. Quid quod ipſa vox Bawer a *cultura terræ* profluxerit, ex qua & compoſitum Naherbauer ſive Nacherbauer/ Nachbar/ i.e. colonus vicinus. Vide Meibomium in *hiſtor. Bardewici T. III. oper. p.* 56. qui & paluſtrium regionum incolas Bröcker/ Romanis *Bructeros*; paſcuorum locorum habitatores Marſcher, Romanis *Marſos* vocatos eſſe contendit. Magis autem ſe torquent Doctores, quid ſibi velit vox *parangaria*. Equidem id commode explicari poſſe per operas ſeu ſervitia indeterminata aut privata, autumo. Adſcribam hanc in rem duo teſtimonia. Gotfridus Monachus St. Pantaleonis in annal. ad ann. 1214. ſcribit: *Comes regalem eccleſiam in Eſſende, cujus Advocatus erat, violenta oppreſſione lacerabat, homines dictæ Eccleſiæ duriſſimis* angariis & parangariis *affligendo*. In Edicto Caroli M. ann. 802. conſtituitur, *ne Aldiones & libellarii a Comite vel quolibet miniſtro illius, ad ullam* angariam ſeu ſervitium publicum vel privatum *compellantur*. Vbi ſervitium publicum & privatum idem ac angarias & parangarias eſſe arbitror, ipſamque parangariæ vocem ſequiori ævo, cum monachi magis ſe litteris dederint, ad imitationem vocis τῶν παρέργων, τῦ παρόδυ, Neben-Werck/ Neben-Weg/ fabricatam, ut ſint parangariæ Extraordinaire-ungemeſſene-neben-Dienſte/ quibus ruricolæ quondam ut & hodie alicubi, vexabantur. Et hæc ex medio ævo protuliſſe ſufficiat: pergo ad noſtra tempora.

## §. XX.

Ruſticos germanos noſtri ævi majorum ſuorum ſtatum non mutaſſe, ſed ad hominnm propriorum & ſervorum conditionem hodieque ſpectare, audacter aſſero: quamvis Struckius *in uſu moderno Pandect.* tit. de ſtatu hominum §. 6. vel ipſis hominibus propriis, qui paſſim in Germania hoc nomine veniunt, libertatem tribuere non dubitet; his

inductus rationibus, quod ſint participes juris communis cum aliis civibus; quod jus connubiorum habeant ex jure Canonico *t. t. X. de conjug. ſervorum;* quod contractus celebrare poſſint, quatenus in præjudicium prædii non cedunt; quod teſtamenta legitima condant & quæ his ſunt ſimilia. Verumenimvero hæc omnia ſervis etiam concedi poſſe, & ſervis Romano imperio quondam tantum ſubjectis ademta eſſe, nemo dubitabit, qui accuratius naturam ſervitutum ex jure gentium inveſtigat, nec juris civilis nimio imbutus eſt amore. Cujus illuſtrandi gratia adſcribam verba Grotii de I.B.&P. L.II. c 5. §. 30. *Præter perfectam ſervitutem*, inquit, *de qua jam egimus, ſunt imperfectæ, ut quæ aut in diem ſint, aut ſub conditione, aut ad res certas. Talis eſt libertorum* (qui manumiſſi tamen operas patronis debent) *ſtatu liberorum* (qui teſtamento conditione pendente manumiſſi ſunt) *nexorum* (qui ob æs alienum creditoribus operas præſtant) *addictorum* (qui faciunt idem ſententia judicis) *adſcriptorum glebæ*, (Coloni cum agro dominum mutantes) *ſeptem annorum ſervitus apud Hebræos* (ut ſex annis deſervitis ſeptimo quis liber fiat, Deut. 15, 12.) *& altera ad Jubilæum usque*, (ut quis ſepties ſepteno ſeu 49. anno exacto liber ſit, Lev. 20, 39.) *Peneſtarum apud Theſſalos; eorum, quas manus mortuas vocant, ac poſtremo mercenariorum. quæ diſcrimina aut a legibus aut a pactionibus pendent. Imperfecta ſervitus naturaliter etiam eſſe videtur ejus, qui altero parente liberæ, altero ſervilis conditionis ſit natus.* Conf. L. III. Cap. XIV. §. 6. Grotii.

## §. XXI.

Servitus oritur vel ex pactis hominum, ut operam ſuam aliis ob paupertatem locando, aut quærendo, qui bonis noſtris præſint eaque cuſtodiant. Pufendorf de I.N.&G. L. VI. Cap. 3. §. 4. Ad quam ſervorum ſpeciem referendi videntur, quos Germania medio ævo habuit, *Obnoxios* dictos, qui præ inopia neceſſitate urgente libertatem ſuam alii potentiori

tentiori renunciabant, quod jam antiquiſſimis Getman. temporibus in uſu fuiſſe, docet JVL. CÆSAR. de B. G. L. 6. c. 13. & de Friſiis TACITVS *annal.* L. 4. *Cap.* 72. niſi tamen de eis, quos Tacitus memorat, dixeris, eos plenam Romanorum ſubiiſſe ſervitutem. Quibus ſimiles fuiſſe cenſentur *Oblati*, qui pietatis Zelo addicti ſe ſuaque eccleſiis & Sanctis offerebant, eorumque dedititii eſſe malebant, quam in ſtatu libertatis perſiſtere, ut hodie Monachi. De pluribus obnoxiorum ſpeciebus vide POTGIESSERVM *de condit. & ſtatu ſervor. Lib. I. Cap. III.* §. 49. *ſq.* Vel ſervitus ortum ſumit ex lege, cum victis a victoribus ſervitutis leges imponuntur. L. 5. ff. de ſtatu homin. GROTIVS *L.* 3. *cap.* 7. cujusmodi ſervos plurimos nacta eſt Germania poſt cladem ad Tolbiacum a Clodovæo editam, & ſubjugationem Saxonum ſub Carolingis Imperatoribus. Quæ tempora dederunt mancipia, Albinos, Slavos, Zmurdos & hujus generis alios. Vel debetur ſervitus nativitati ſervili. §. 4. *Inſtit. de jure perſonar.* GROTIVS *L.* 2. c. 5. §. 29. & *Cap.* 8. §. 18. *nec non L.* 3. *cap.* 7. ZIEGLER. in notis ad loca citata. SELDEN. *de J. N. & G. Cap.* 17. *n.* 8. PVFENDORFF. *L. V. Cap. I.* §. 9. Quorſum refer, qui olim apud nos dicebantur *Nativi*, *Originarii*, *Maſſarii*, *Manſionarii*, *Liti*, *Aldii*, *Coloni*, qui prædiis adſcripti ſervilem conditionem ad poſteros transmittebant, & ut alia ad fundum pertinentia emtione venditione, donatione, permutatione aliisque modis tranſibant in alterius dominium. Et hoc eſt, quod jure gentium ſervos noſtros fieri dixerit Martianus, qui ex ancillis noſtris naſcuntur. Servitio ſubjectum uterum dicit Tacitus. Vel ex delicto & legum neglectu ſervilis pœna conſtituitur, qui modus apud Germanos olim etiam communis exſtitit: apud quos illis quoque, quorum pecunia capitali ſententia damnati a ſupplicio liberabantur, tanquam redemtoribus ſuis in ſervitutem ſe tradebant. Ne quid memorem de liberis, a parentibus in ſervitutem venditis, quod in Tur-

cia

Digitized by Google

cia hodieque uſitatiſſimum eſſe, Chardinvs in *itinerario Perſico* tradit.

## §. XXII.

Jus naturæ in ſervitutis conſtitutione nihil plane decernit nec jubet, ſed libero hominum arbitrio relinquit, regulis ſuis tamen & præceptis moderatur, & ex internis domeſticis principiis interpretatur. Similis ſane doctrina illi, quæ de majeſtate ſummorum Imperantium agit, dum huic reipublicæ ſtatus Monarchicus, illi ariſtocraticus, alteri democraticus, alii oligarchicus quam maxime conveniens eſt, prout tempus & natura cujusvis populi ſeculorumque circumvolvens ordo hanc vel illam imperii formam introducit. Sunt enim quædam ingenia, notante Grotio, quæ obedire malunt, quam in libertate eſſe. Nec aliud dicendum de natura nobilitatis, quæ apud alios populos latrociniis, apud alios virtute bellica, apud alios ſapientia & virtute togata, apud alios alio modo adquiritur. Sic multa prudenti hominum arbitrio relicta eſſe deprehendimus, quæ utilitas cujusvis populi moderatur. Vnde optime negat Besoldvs *op. polit. L.* 4. *Diſſ.* 2. *p.* 72. nobilitatem ex jure gentium oriri, ideo quod nobilitatis definitio omnibus populis conveniens afferri non poſſit. Idem quoque de natura ſervitutis dicendum, nec ſtatim inferendum, ſervi juris romani incapaces erant, inter homines non numerabantur, nuptias non contrahebant, dominis, non ſibi adquirebant, nec contractus celebrare nec teſtamenta condere poterant: ergo, cum his omnibus ruſtici germani non excludantur, non ſunt ſervilis, ſed liberæ conditionis. His omnibus conceſſis, non tollitur ſervitus, ſed laxior fit: modo dicta poſſunt ſervituti ineſſe & abeſſe, ſalva ſua ſubſtantia. Habet autem ſervitus in Germania inter Wildfangos, homines proprios & ruſticos alia κριτήρια, quæ fluunt ex illo ſtatu, qui legibus & moribus receptus eſt. Talia ſunt, quod aliquatenus domini rebus accenſeantur,

quod

Digitized by Google

quod de ſe pro lubitu diſponere nequeant, quod fundo adhæreant, & regulariter cum eo ad alium tranſeant, quod libere nec contractus nec nuptias celebrare poſſint, & quæ in hanc rem ſunt plurima. Exempla vide in der Magdeburgiſchen Policey-Ordnung Cap. 29. & in der Wolffenbüttelſchen Landes-Ordnung/ quæ adjecta eſt Hertzogs Auguſti Hoff-Gerichts-Ordnung/ per totum. Aſt, inquis, hæc omnia fiunt in utilitatem ſubditorum, & hac ratione etiam cives, quorum actus v. c. der Kind-Tauffen/Ehe-Stifftungen Contracten, Vermächtniſſen & ſimilium, innumeris legibus reſtricti, & qui, ipſis ne muſſitare quidem audentibus, novis quotannis oneribus in quibusdam locis obnoxii ſunt, ad ſervorum claſſem detrudendi forent, cum nulla inter ruſticos & cives, ne agricultura quidem excepta, cui etiam multi burgenſium vel, ſi mavis, civium ingemiſcunt, appareat differentia. Verum enim vero hæc ſobriam poſcunt philoſophiam, quæ diſpicienda alii tempori reſervo.

## §. XXIII.

Statum ruſticorum in Germania valde diverſum eſſe, nemo ignorat, cum alii dominis ſuis magis ad ſervitia adſtricti ſint, quam alii. Et ſi temporis inſtitutique mei ratio ferret, oſtenderem, quænam in ſingularibus Germaniæ rebuspublicis ſint ruſticorum ſpecies & quæ eorum ratio. Interim, ut aliquo modo ruſticorum diverſam conditionem generatim oſtendam, affero, quæ hac de re Mevius in tractatu, cui tit: Kurtze Gedancken von dem Zuſtande/ Abforderung und verwiederter Abfolge der Bauers-Leute c. 1. n. 13 ſcribit, quæ obſervationibus quibusdam illuſtrare non incongruum puto: Es befindet ſich/ inquit, jetzt im Römiſchen Reiche teutſcher Nation ein groſſer Unterſcheid der Bauers-Leute/ und iſt in allen Landen und Herrſchafften derer nicht eine eintzige Art. Hoc ex antiquo ſervorum ſtatu provenire, autumo, qui in pauciſſimis capitibus mutatus eſt, modo quod ex ſuperſtitioſa



Digitized by Google

juris canonici reverentia, quos olim ſervos vocarunt, hodie Bauers-Leute / vel ut in Auſtria effertur, Baumanns appellemus. Sed verba valent ſicut nummi, in quibus ſimus faciles. Pergit: Etliche Bauren oder Bauers-Leute ſeynd keiner Herrſchafft auſſerhalb dem Römiſchen Kayſer unterworffen / ſo des heiligen Reichs freye Bauren genannt werden. Nihilominus tamen ſervorum conditionem retinent. Si enim hoc, quod immediate Imperatori ſubjecti ſint, eos ab hac conditione liberare deberet, inferre poſſem, Judæos etiam hominibus liberis accenſeri deberi, cum tamen in Receſſibus Imperii vocentur des Römiſchen Kayſers Cammer-Knechte. vide Besoldum *op. polit. L. IV. p.* 47. Reperiuntur ejusmodi ruſtici in tractu Hoyano, qui die ſieben Frey-Meier vocantur, quorum prædia fruuntur adelicher Freyheit / ut vulgo dici ſolet, & hi reliquiæ ex veteribus miniſterialibus, qui antiquum ſtatum retinuerunt, nec nomen nobilitatis captarunt, conditione ſua contenti, nonnullis eſſe videntur. His quoque accenſendi multi, qui feuda ruſtica Bauren-Lehn/ Schupff-Lehn / tenent, de quo vide Dn. Præsidis Diſſ. de *jure & judic. ruſtic. Cap. II.* §. 4.

## §. XXIV.

Pergit: Etliche werden Bauren genennet / ſo unter andern Fürſten / Graffen / Städten und Herrſchafften auf dem Lande geſeſſen / und den Ackerbau auf ihren eignen Güthern treiben / ſeynd aber nicht dienſthafft / ſondern freye Leute / nichts anders / als die gemeine Land-Onera tragen / zuweilen von ihren liegenden Gründen Recognition-Gelder entrichten / im übrigen von aller Dienſtbarkeit befreyet / dergleichen in Schwaben und andern Orten zu finden / und Frey-Bauren genannt werden. Stamm de *ſervit. perſonali.* Oldendorp *claſſe* 3. Cujusmodi quoque dantur in Epiſcopatu Hildeſienſi & vocantur familiæ liberæ, Freydings-Höfe / poſſeſſores vero Freymannen / & habent libertatis conſervandæ curias Feydings-Gerichte / de quo vide

de iterum Dn. Præsidis Diſſ. l. c. Cap. ult. Huc & refer die Sattelhöfe / quæ plerumque in feudum accepta ſunt, oneribus tamen provincialibus obnoxia. Meibomius in *chron. Marienborn.* §. 49. hujusmodi ſpeciem ſequentibus refert. Im Jahr 1401. hat Fricke von Walbecke / Bürger in Helmſted dem Kloſter Marienborn gegeben fünff Huffen Landes / mit einem Sattel-Hoffe zu Hötensleben gelegen / welche Güther er von dem Edlen Herrn zu Warberg zu Lehne hatte. Sed de his mox peculiari capite fuſius agetur. Dantur quoque in quibusdam præfecturis hujus ducatus ruſtici, qui omnibus oneribus realibus ex ſpeciali gratia ſoluti, tantum ordinaria aliisque civibus communia præſtant. De his inter alia ita diſponitur in Conſtitutione Friderici Vlrici de an. 1619. Ob gleich auch etliche als Burchard Rapp zu Tiede / Heinrich Kappen ſeeſige Erben zu Jerxheim und andere wegen ihrer Höffe geraume Jahre ſich von Land und andern Satzungen ausgezogen / ſollen ſie doch dieſe Anlagen zu geben ſchuldig ſeyn / und gegen dieſe gemeine Ordnung keine Gnaden oder andere Verſchreibungen / ſo in viele oder neulichen Jahren erlanget / gelten.

## §. XXV.

Pergit: Andere ſeyn die zu Fron- und Dienſten zwar nicht gebrauchet werden / gleichwohl Aecker und Häuſer von ihrer unmittelbahren Obrigkeit einheben / und davon jährlich einen gewiſſen Zinß oder Pacht entrichten / darum man dieſelbe Pacht-Leute (an andern Orten Landſiedler) nennet / wie in Sachſen / Thüringen und andern Orten ſich ſolche aufhalten. Huc refer bona cenſitica, curmedica, laſſitica, majoratica ſ. Meyer-Güter / quæ certos tantum canones quotannis præſtant, & ſtatis temporibus laudemio nexum ſuum cum domino renovare tenentur. Sic Meieri in Ducatu Guelphico per novennia renovationem contractus quærere debent ex ſpeciali conſtit. de a. 1703. Familiæ colonorum geiſtliche / adeliche und herren-Meyer adminiſtrant prædia ruſtica vel jure perpetuæ coloniæ, vel ſim-

ſimplicis locationis, & vocantur Erb-Pachter oder jährliche penſionarii.

## §. XXVI.

Pergit: Andere werden nicht allein zur Pacht/ ſondern auch zu Dienſt und Frohnen für die Aecker/ welche ihnen eingethan gebraucht/ daneben der Herrſchafft mit einer Leib-eigenſchafft verbunden/ daß ſie nicht weichen oder auffſagen können/ aber wenn es ihnen beliebig/ auffſtehen müſſen/ und dieſelbe werden nach des Landes Pommern Arth eigentlich Bauren genennet/ dergleichen in der Cur-Brandenburg/ Mecklenburg/ Holſtein ꝛc. zufinden. Hi homines proprii differunt a ceteris ruſticis ut majus & minus. Quorum ſtatum ut B. L. aliquatenus explicem, potiora Electoris FRIDERICI WILHELMI Ordinationis ſervilis Ravensbergenſis, cui titulus: Eigenthums Recht und Ordnung/ wie es mit den Diſcuſſions- oder Aeuſerungs Proceſſen, imgleichen mit Succeſſion der eigenbehörigen Leuten und deren Erbtheilungen/ Weinkauffen und andern bey dem Eigenthum fürfallenden Sachen in der Churfürſtlichen Brandenburgiſchen Graffſchafft Ravensberg gehalten werden ſoll; ſiſtam capita. Statuitur autem, ut prædio vacante junior ex defuncti filiis ſuccedat, excluſis fratribus ſororibusque: ſi natu minor ob ætatem aut aliam cauſſam incapax, prædio præeſſe, domino relictum ſit, alii ex liberis defuncti, cui velit, vacuefacta bona tradere; auctoritate tamen judicis, & naturali heredi redhoſtimento quodam, quod hereditatem ipſe non adierit, conſtituto, reliquisque liberis dote ſua non privatis: deficientibus heredibus maſculis, filia natu minima in ſucceſſione excludat parentes. Filio aut filia natu minima ante aditionem hereditatis defunctis, aut libertate donatis, proximus ætate frater vel ſoror heres eſto: liberi tamen prioris matrimonii in ſucceſſione ſemper præferuntur iis, qui ex poſteriori procreati ſunt: qui ſemel ex prædio dotem ſuam acceperunt, aut aliorum fundorum culturam

ſuſce-

ſuſceperunt, caſu eveniente nullo ad hæreditatem jacentem gaudeant regreſſu, niſi a domino ſpecialiter ad hoc denuo legitimentur. Legitimus ſucceſſor hereditatem aditurus pecuniam vinariam præſtare non tenetur (iſt nicht ſchuldig / uns oder andern Guthsherrn ſich mit dem Weinkauff oder dergleichen zu qualificiren.) Qui adiit hereditatem, domino ſuo directo ſolitos canones & ſervitia, domino territoriali onera communia, privatis vero debita a parentibus contracta præſtet, neceſſe eſt: prædio vero ad novum colonum extraneum gratia domini devoluto, ille de debitis anteceſſorum non teneatur, niſi 1). de reſtanti ordinariarum & extraordinariarum contributionum capitationumque pecunia, quod tamen ad ultimos tantum anteceſſoris quatuor annos extendendum, & de reliquis fiſcus imputet ſibi, quod non exegerit debita. 2). de omnibus canonibus & præſtationibus domino directo debitis, ſive illas prædeceſſor ſive præſens patronus vel ejus nomine alius jure poſtulare poſſit. 3) de frumento aut pecunia nomine decimarum ſolvenda. 4) de mercede ſervis ancilliſque per ultimum biennium debita (Lied-Lohn von 2. Jahren) 5) de creditis in magnum prædii uſum verſis, quæ verſio in rem debite probari debet. 6) de omnibus, quæ quotannis ad pios uſus danda fuiſſent ab anteceſſore, excluſis tamen privatorum ceſſionibus, niſi ſint privilegiatæ. Dura ſane in multis conditio ex his apparet. Herede matrimonium ambiente, domino ſuo ſponſam piam, honeſtæ famæ & proportionabiliter dotatam ſiſtat, ejusque conſenſum exſpectet; quæ ſponſa ſi ſit liberæ conditionis, propriam ſe dare debet, ſi alienæ eſt poteſtatis, permutationem conſuetam quærat aut pretio ſe a nexu priſtini domini redimat; quod ſi non factum ſit, femina nulla admittatur, cum tot inde confuſiones oriantur v. c. cum liberi ſequantur dominum matris ſuæ, & inde domino patris præjudicium enaſcatur, cujus intereſt, numeroſas habere colonias. Si libera perſona ſe cum homine proprio matrimonio copulat, ipſo facto in ſervitutem domini directi in-



Digitized by Google

cidat, primogenitus autem ejus infans, teſtimonio domini hac de re impetrato, ſemper libertate gaudeat, qui tamen, ſi hereditatem parentum adire cupiat, in ſervitutem ſe tradat neceſſe eſt. Legitimi heredes intra anni ſpatium, a domino tamen hac de re moniti, hereditatem non adeuntes, jure colonatus, quo ante gaudebant, excidant. Herede ob delictum profugo, niſi intra biennium cauſam ſuam egerit, jure ſuo cadat. Et quamvis permutationes, (quæ in conſervationem prædiorum vergunt) a quibusdam dominis directis denegatæ ſint, illique poſtularint, ut homines ſui proprii pecunia libertatem ſibi comparent, poſteaque ſe rurſus in ſervitutem alius domini transdent; Elector tamen sereniſſimus permutationem, quæ longa conſuetudine introducta eſt, dominis injunxit: tres perſonæ in permutatione alteri domino ſunt præſentandæ, ex quibus eligere poteſt, quam optimam putat. Si tamen tres idoneæ & æquales non adſint perſonæ, redemtioni per pecuniam locus eſt. Nec dominus extra territorium quenquam ex ſuis permutare obligatur. Hæres quoque legitimus permutationi non eſt obnoxius. Si itaque neonympha ſub poteſtatem novi domini venit, muß ſie einen willigen Guthsherrn machen / daß iſt die Auffahrt oder Weinkauff und das Nagel Geld pro more entrichten. Si homo proprius vel propria morte decedat, dimidium totius hereditatis, NB. in Verweigerung gebührlicher Dingung / ad dominum devolvatur, conjuge liberisque ſuperſtitibus excluſis; ſicut & reliquum dimidium, conjuge ſuperſtite obeunte, ad eum ſpectabit. Si mater propria eſt & pater in libertate conſtitutus, matre decedente, dominus dimidium hereditatis percipit, reliquo dimidio ratione communionis bonorum patri manente; patre libero defuncto & liberos relinquente, illi ex aſſe heredes ſunt, iisque deficientibus proximiores agnati. Idem obtinet, ſi pater aut maritus ſit proprius. Si quis in cœlibatu aut prolis expers moriatur, proximiores ſive liberi ſive SERVI NB. (ſunt ipſa conſtitutionis Electora-

lis

lis verba, quæ STRYCKIUM feriunt) ſecundum ordinem juris communis ſuccedant. Si Ammanni aut alii domini directi, excepta Hergewetta & gerada, quæ domino abſolute debentur, cum heredibus conveniant, ut loco dimidiæ hereditatis certam pecuniæ ſummam accipere velint, ſpecificatio legitima aut in eventum jurata ab herede edatur, qui tamen ſumtus funerum ſolus fert. Si vero heres pecuniam paratam, actiones & alia ſilentio tegat, fraude patefacta, totum quantum eſt ad dominum devolvatur, cum alias heredi inde dimidia pars competiiſſet. Vtroquo colonorum e vivis ſublato, dominus directus ſumtus funerum ferat. Altero conjugum decedente, relicto viduo vel viduæ integrum eſt, denuo ſe maritare; ſi vero ex priori matrimonio liberi adſint, neonymphis ad certos ſaltim annos integer prædii uſusfructus conſtabit, quibus effluxis, legitimo heredi ex priori matrimonio nato bona reſtituenda, priſtinus colonus cum neonympha ſua iſt ſich auf die Leib-Zucht zubegeben ſchuldig. Mit Erbtheilung derjenigen aber/ ſo Hagenhaußgenoſſen, oder andere Gerechtigkeit zubeweiſen haben/ bleibet es bey dem Heerkommen. Omnes donationes inter vivos & mortis cauſſa, ultra ſemiſſem bonorum mobilium, inter vivos pure & abſolute ſine ulla uſusfructus reſervatione traditorum, interdicta ſunto: traditione vero usque ad eventum mortis dilata, donatio nulla eſto. Ex quo fluit, quod hominibus propriis libertas teſtandi non competat. Quicquid extraordinaria induſtria immobilium adquirit, non adquirit ſibi, ſed domino, & cum ceteris bonis conſolidantur: a primis tamen acquirentibus, minime vero a ſucceſſoribus, alienari poſſunt, aut loco allodialium a ſucceſſore haberi. Ceterum hominibus propriis omnes alienationes, quotquot jure communi earum dantur ſpecies, ſine conſenſu domini ſub pœna privationis interdictæ ſunt. Nec fidejubeant: ſi tamen creditor ejusmodi fidejuſſione ſervili contentus fuerit, ipſi contra colonum actio perſonalis ſalva maneat, heredes autem nulla actione infe-

ſtabit,

Digitized by Google

ſtabit, ſed credito ſuo cadat. Si qui ex hominibus propriis alio commigrant & fortunarum ſedem figunt, legitimam ex hereditate debitam amittunt, quæ ad dominum pervenit. Si quidam hominum propriorum a dominis ſuis nulla quidem prædia incolunt, dominique auſſer dem Schwanck-Dienſt, wo es hergebracht, und dem Sterbe-Fall tempore mortis nullam prorſus utilitatem percipiunt, ejusmodi homines vero modo hic modo illic commorentur, iisque defunctis heredes mortuarium dominis denegent ſub obtentu præſcriptionis libertatis; ſancitum eſt, ut niſi libertatem defuncti docere posſint, præſcriptioni minime, mortuario autem, domino vero tradendo, ſit locus. Et hæc attuliſſe ſufficiat ex Conſtitutione Comitatus Ravensbergenſis, homines proprios concernente. Qui evolvet die Oſnabrüggiſche Eigenthums Ordnung de 6. April. 1722. multa his affinia deprehendet.

## §. XXVII.

Sed quæris, qui veniat, ut in Germania alicubi nulli homines proprii, alicubi vero, ut in Luſatia, Haſſia, Weſtfalia, Ducatu Meclenburgico & Pomerania frequentiſſimi occurrant? Exiſtimat Dn. THOMASIVS in Diſſ. *de hominibus propriis & liberis Germanorum* §. 87. id adſcribendum eſſe, quod in illis provinciis & territoriis, ubi primum Academiæ florere inceperunt, ruſtici ex hominibus propriis per profeſſores juris in homines liberos ſtatim promoti fuerint, in iis autem locis, ubi tardiſſime Academiæ ſunt introductæ, jus Germanicum & cum eo homines proprios fuiſſe conſervatos. Sed dubito, an philoſophia primorum JCtorum tantum efficere potuerit, ut juribus dominorum in ruricolas quicquam derogarent priſtinumque ſervorum ſtatum immutarent. Quid quod durior potius in nonnullis locis ſucceſſu temporis ruſticorum facta ſit conditio, quam olim fuit: & ſicut olim ſub Advocati jugo miſera gens gemebat, ita paullatim nobilium dominationi ſubjecta, miris modis ad ſervitia præſtanda, co-

acta

Digitized by Google

acta fuerit. Vnde patet, quem etiam hac in re jurisdictio, ut vocant, patrimonialis, effectum habuerit. Ex alio itaque fonte diverſa ruſticorum & hominum propriorum conditio haurienda erit. Conſtat ex medii ævi documentis, Carolum M. Saxones tribus vicibus debellatos tandem in obſequio ſuo tenuiſſe, eosque francici juris participes eſſe voluiſſe, quod a parte Saxonum beneficium videbatur. Ne autem putes, Saxones per jus francicum promiſcue plenam libertatem aſſecutos, ſed tantum eo ipſo mitioris conditionis, quam aliæ gentes devictæ, ſunt effecti. Habebant enim jam tum antiquiſſimis temporibus Franci in numeram pœne ſervorum multitudinem, leniori tamen imperio gaudentem. Sed quid de Slavis, & qui ſub iis comprehendebantur, Wilzis, Venedis, Linonibus, Smeldingis, Sorabis, Lutis aliisque dicendum? Quos a Karolo M. ſi non plene devictos, tamen valde attritos eſſe, teſtantur præter alios ANNALES LAMBECIANI *Tom. II. Comment. de bibliothec. Vindob. Cap. V. pag.* 373. *numer.* 21. EGINHARDVS *Cap. XII. & XV.* CHRONICON MOSCIACENSE *ad annum* 789. *p.* 736. ANNALES PITHOEANI *ad an.* 808. ANNALES LAVRISHAIMENSES *ad ann.* 811. Slavicæ gentis nationes autem devictæ non tantum ſub Carolo M. ſed & ejus in imperio ſucceſſoribus, duriſſimam ſervitutis conditionem ſubiiſſe, nec juris germanici participes factos, inter omnes conſtat. Sic Henricus Auceps adhuc ſub pœna banni interdixit, ne quis Germanus matrimonium cum Veneda ſeu Slava contrahat. FABRICIVS *in Mem. Sax. L.* 2. *ad an.* 1006. Imo ex hoc principio ipſum Slavorum Ducem Myſtiboum ann. 1000. nuptias filiæ Ducis Bernhardi ambientem, repulſam tuliſſe, annales memorant, quam tamen contumeliam Myſtibous ferro & igne graviſſime ultus eſt. HELMOLD. in *chron. Slav.* L. I. *c.* 16. Quid quod cum tandem concederetur, ut Slavus cum germana ſe miſceret, contra morem alias in Germania receptum, partus ſemper parentem ger-

manum vel germanam ſecutus fuerit. Quod & ita dictum ab AEpo Magdeburg. Wichmanno introductum *Jus Wichmannicum*, cujus *Jus provinc. Saxon.* meminit *L.* 3. *art.* 73. injunxit. Imo Slavos quovis tempore ab opificibus eſſe excluſos, eoque ipſo duriſſimam eorum ſervitutem proditam, teſtantur inter alia die ſo genandten Gebuhrts Brieffe der Lehr-Jungen /quibus hodieque ad probandos legitimos natales inſeri ſolet: Nicht wendiſch gebohren. Itaque ſic exiſtimo, hominum propriorum vel, ſi late vocem ſumere placet; mancipiorum germanicorum, primas origines in terris nationum Slavicarum, ut erant Luſatia, Pomerania, Brandenburgum & magna Meclenburgii pars, quærendam eſſe, eosque inde in terras Weſtfalicas, imo & Haſſiacas a victoribus translocatos, firmis documentis probare poſſum. Quo autem Slavicæ gentes non pervenerunt aut ſaltim perpetuas ſedes non retinuerunt, ibi etiam hodie non dari homines proprios, certiſſimum eſt. Plurimas ſiquidem colonias in exteras terras deductas, clementia Imperatorum patriæ tandem reſtitutas eſſe, etiam omni dubio caret. Quod vero in ejusmodi regionibus, hominibus propriis etiam alii ruſtici liberioris conditionis intermiſti reperiantur, id exteris coloniis in ſedes vacuefactas deductis adſcribo. Sic etiam ſeculo adhuc XII. Albertus Vrſus Marchio Brandenburgenſis in locum Slavorum, qui ad Havelam & Albim habitarunt, alios populos translocaſſe memoratur Helmoldo *in chron. Slavor. L. I. c.* 88. ubi: *Adelbertus Marchio*, inquit, *cui cognomen Vrſus, deficientibus ſenſim Slavis, miſit Trajectum & ad loca Rheno contigua, inſuper ad eos, qui habitabant juxta Oceanum, & patiebant vim maris, videlicet Hollandos, Selandos, Flandros, & adduxit eis populum magnum nimis & habitare eos fecit in urbibus & Oppidis Slavorum.* Henricus Leo autem Saxones, Weſtphalos & Friſios Mecklenburgo & Pomeraniæ inſeruit. Helmoldvs *c.* 87. 91. Ceterum clementiæ dominorum & turbidis bellorum temporibus in aſſerenda aliqua libertate; alicubi etiam quicquam adſcribendum eſſe, veroſimile eſt.

§. XXIIX.

## §. XXIIX.

**Vt** videat B. L. Parallelismum inter homines proprios **Ducatus** Ravensbergici & Marchionatus Luſatiæ inferioris, **ſumma** Capita Tit. II. & III. der Fürſtl. Sächſiſchen Landes-**Ordnung** des Marggraffthums Niederlauſitz de ann. 1669. re-**feram.** Iſta ſunt ſequentia. Non tantum nativitate, ſed ſi **quis ſub** alicujus domini jurisdictione prædium ruſticum ex-**colendum** adit, licet liber ante fuerit, ſervitutem ſeu pro-**prietatem** ſubit. Omnes liberi (Kinder) homines proprii **ſunt**, usque dum e poteſtate durch einen Laß-Brieff dimittan-**tur.** Legitimi patrem, illegitimo thoro nati matrem ſequun-**tur.** Quodſi dubium, cujus domini poteſtati mater addicta, infantem ſibi vindicat, ſub cujus jurisdictione natus eſt. Natu major vel natu minimus ex voluntate domini, prædii paterni culturam continuare adigitur, reliqui vero a dominis, prædiis deſertis adſcribi poſſunt. Nemo horum hominum propriorum invitis dominis aliorſum ſe conferre poteſt; quod ſi factum, pater cum uxore & liberis omnibusque facultatibus revocari ex alterius jurisdictione & puniri vel abſciſſione digitorum, quibus juramentum præſtatur, poſſunt: magiſtratus, qui ſciens ejusmodi transfugam tolerat, quinquaginta thalerorum mulctam incurrit. Illi qui bellorum calamitatibus preſſi poſt annum 1637. Marchionatu exceſſerunt, ut ad priſtinas ſedes revertantur, compelli poſſunt: trimeſtre tamen ſpatium iis conceditur, quo bona alibi acquiſita & poſſeſſa cum ceteris reculis divendere poſſint. Nemo ex liberis (Kindern) hominum propriorum, alteri quam domino ſuo operas locet: qui ſi iis uti nolit, ſervo vel ſervæ litteras liberatorias (Gunſt-und Frey-Zettel) concedere tenetur: ſi tamen tempus in litteris expreſſum effluxerit, ad dominum revertantur, nec extra Marchionatum ullatenus ſervitia ſua cuidam addicant. Singulare eſt, quod, ſi pater libertate donatur, liberi minorennes, licet in patris ſui litteris liberatoriis expreſſe non ſint nominati, libertatem ſimul conſequantur; emanci-

pati vero, qui jam propriam œconomiam inſtituerunt, ſub ſervitute maneant. Qui litteris humanioribus ſe addicere ex liberis cupit, illi dominus absque ulla remuneratione litteras liberatorias concedat oportet; qui vero tantum ſcribæ officio ſe addicit, pretio quodam libertatem redimere tenetur. Similiter, qui in bello officio ſigniferi (Fändrich oder Cornet) aut majoris dignitatis defunctus eſt, eo ipſo libertatem ſibi aſſeruit, qui vero gregarius miles aut ultimi pili officialis fuit, ſi ad agriculturam paternam revertatur, in ſervitutem recidit. Qui ad opificium ſe accingere vult, etiam pretio quodam libertate donatus a domino abeat. Vxor alienæ poteſtatis mariti tectum ſubiens, in ejus domini proprietatem cadit. Litteræ liberatoriæ pro conditione perſonarum ultra 8. 10. 12. ad 16. thaleros non redimantur. In genere notandum, quatuor horum hominum propriorum in Luſatia noſci genera 1) die Bauren oder Hüffner, qui integrum prædium hubarium poſſident, & præter canones ſuos ſervitia equeſtria præſtant (2) Halb-Hüffner, qui dimidium tantum prædium hubarium poſſident, & dimidio ſervitiorum equeſtrium obnoxii ſunt. (3) Gärtner oder Koßäthen, qui tugurium cum horto incolunt, & manu operas præſtant (4) Bundner, qui ſolam caſam absque horto & agello poſſident, & mediocribus ſervitiis tantum adſtricti ſunt.

## §. XXIX.

Servilis quoque conditionis macula in gente ruſtica ex eo apparet, quod peculiarem plerumque non conſtituant ſtatum, nec ea ratione communi conſilio de ſua ſalute conſultare poſſint. Sunt Friſii tamen jam ævo Taciti præ aliis Germaniæ gentibus, libertatis & virtutis laudem ſibi vindicantes, qui hodie quoque ruſticis ſuis peculiarem concedunt ſtatum, das Land-Stand-Recht/ exemplo Danorum Suecorumque. Apud eos autem non invenias ſtatum Prælatorum, ſed triplices ſaltim hos ordines, den Ritter-Städte- Haußmann- Stand. Vid.

Not-

Nordiſcher Landtages Schluß *de* 27. *Maji* 1620. Cum in Ducatu Magdeburgico & Principatu Halberſtadenſi clerus cum nobilitate majora plerumque ſuffragia conſtituiſſet, & multa in grande civium ruſticorumque præjudicium ſanxiſſet, conſultum aliquando de peculiari Syndico ſeu Tribuno ruſticorum, qui Tribuni plebis inſtar apud Romanos, cauſſas & ſalutem ruricolarum tueretur.

## §. XXX.

In Germania, antequam præfecturæ œconomiam omni numero inſtructam haberent, Epiſcopi & Principes per pactum publicum diætæ provincialis, tempore potiſſimum Caroli IV. apud ſtatus & ſubditos ſibi acquiſivere ſubſidium caritativum, Herren Brock/ Taffel-Gelder/ Küchen-Pfennige & ſimilia. Morem iſtum jam Francorum ævo in Germania uſitatiſſimum fuiſſe, teſtantur annalia dona, in fiſcum Regis & Principum illata, quod argumentum latius perſequi jam ſuperſedeo. Principes tamen recentiori ævo hac de cauſſa reverſalibus proſpicere debuerunt ſubditis, quod ejusmodi res tantum ut donum gratuitum, Batavi dicunt don gratuit, accipere velint, donec ſeculo potiſſimum XV. ſupereminens in cives & abſoluta poteſtas ſeſe paulum inſinuavit, ſtatusque provinciales tantum convocati ſunt ad diætas provinciales, ut votum conſultativum ſecundum naturam œconomiæ univerſalis impertirentur: in cujus negotii firmamentum Receſſus ſeu Landtages Abſchiede concluſi, cujusmodi potiſſimi, Salzthalenſis, Gandersheimenſis & Wolffenbuttelenſis in Ducatu Guelpherbytano noſcuntur. In Epiſcopatu Hildeſienſi, Bremenſi, Halberſtadenſi, aliisque analoga praxis introducta, ut ejusmodi publica negotia & ſanctiones a Capitulo ratihaberi debuerint. Dona iſta caritativa autem per Receſſum provincialem Salzthalumenſem de an. 1597. art. 9. & 10. jure præſcriptionis, perpetua facta ſunt, quod & in multis aliis provinciis factum. In dicto Receſſu dicitur:

So vyl Mey- und Herbſt Bete, fette Kühe, Herings-Lichte- Vogt- und Dröſcher-Geld, auch dergleichen in etlichen Aemtern von Alters hergebrachte ſtehende Rente belangend/ ſol es/ wie es vor 30. Jahren von ann. 86. zurück zurechnen/ damit gehalten worden/ auch hinführo dabey bleiben.

## §. XXXI.

Non minimum ruſticorum onus ſunt decimæ quotannis præſtandæ. Non ſolum autem fructus agriculturæ majoris, ut ita dicam, v. c. ſiligo, triticum, hordeum, piſa, avena, vinum, ad decimas pertinent, ſed & eo referuntur naturales fructus, qui ſua ſponte in hortis proveniunt, ut poma, foenum aliaque. Nec minus decimæ novales, ſeu von dem/ was in die Braack geſäet wird/ diverſis in locis exiguntur. De noſtro Ducatu teſtatur Receſſus Saltzthalum. de ann. 1597. & Sermi Auguſti Landes Ordnung §. 52. ibi: Was in die Braack oder Rootland beſtellet wird/ wann es nach der Beſamung mit der Egge beſtrichen wird/ davon gehet der Zehente. Quod Sermi Rudolphus Auguſtus & Antonius Vlricus glor. memoriæ peculiari Conſtitutione de ann. 1703. confirmarunt. Idem ſtatutum in der Magdeburgiſchen Policey-Ordnung. It. Oeſterreichſchen Zehendt-Ordn. unter der Ens §. 4. It. Cur-Bayerſchen Land-Recht Tit. 28. §. 10 &c. Et hæ decimæ vulgo ad minores referuntur, ad quas etiam ſpectant proventus animalium, fœtus, lac, mel, lana, pili, & vocatur der Fleiſch-Zehnte/ a ruſticis, Die Dehl-Zucht; in Bavaria der Bluht-Zehente. Vid. Beyerſches Land-Recht Tit. 28. §. 16. Ne quid jam memorem de decimis, quæ ex agris incultis, ſaltibus, fruticetis, dumetis ad culturam redactis debentur.

## §. XXXII.

Multa hodie dantur jura civibus Imp. Germanici communia, quæ originem ſine dubio ex ſtatu ruſticorum ſervili ſumſerunt, & poſtea per uſurpationem ad alios homines liberos

Digitized by Google

beros tranſlata ſunt; ad quam claſſem refero Jus detractus, das Abzugs-Recht: de quo legi merentur leges antiquæ Goſlarienſes apud LEIBNITIUM Tom. III. S. R. G. p. 484. ſeq. Conf. Reichs-Abſchied de ann. 1594. §. und ſo viel die hergebrachte Nachſteur. In hoc Ducatu jus detractus inter Principatum Halberſtad. Marchiam, Ravensberg. Magdeburg. Mindam & noſtras regiones ſublatum, peculiari receſſu ann. 1706. d. 24. Jul. cum Rege Boruſſorum confecto. Nec male faciet, qui initia juris Hageſtolziatus inter ſervos quæret. Conſuetudo illa in noviſſima ordinat. gelſica camerali 1688. denuo confirmata & incrementum fiſco principis addictum eſt. De hoc jure nuper Dn. KRESSIUS erudite diſputavit.

## §. XXXIII.

Inter potiora ruſticorum privilegia recenſetur, quod iis jus ignorare liceat *L. II. §. 1. ff. ſi quis in jus vocat.* Quod tempore ſationis atque meſſis a ſervitiis ſint immunes. *L. I. C. de agricult. & cenſ.* CARPZ. *L. 6. Reſponſ. 122. n. 14.* Quod excuſentur a gerenda tutela, ſi ruſticitati accedat ſimplicitas. *L. VI. §. 19. ff. de excuſat.* MYNSING. ad §. 8. *I. de excuſat.* Quod inquietari non poſſint ab exactoribus nomine dominorum propter tributa fiſcalia. *L. XV. C. de agric. & cenſ.* Quod prædium deſertum intra biennium poſſint uſucapione præſcribere. vid. BRUNNEMANN. *ad L. 8. C. de omni agro deſerto.* Quod coram quinque teſtibus poſſint teſtari, ex Maximiliani I. Ordnung von Notarien de dato Cöln 1512. nec requiratur, ut quinque illi teſtes propria manu teſtamentum ſubſcribant. Imo eos coram parocho & duobus teſtibus teſtari poſſe, defendunt COLER. *Part. I. Dec. 35. n. 4.* RICHTER. *Deciſ. 28. n. 10.* HAHN. *ad Weſenbec. q. teſt. fac. poſſ. n. 10.* Negat tamen CARPZOV. *P. III. c. 4. d. 40.* Privilegium quinque teſtium etiam competit Sacerdotibus, Nobilibus, opificibusque in pagis degentibus. STRUV. *Juriſprud. R. G. L. II. tit. 16. n. 6.* Porro quod a ruſtico antichreſin paciſci non liceat, *arg. Nov. 32. & 34.* RITTERSH. *ad Nov. p. 3. c. 10. n. 21.* Quod ab agrico-

Digitized by Google

gricolis uſuras tantum trientes, id eſt, quatuor pro centum, accipere permiſſum ſit. *Nov.* 32. *c.* 1. *auth. ad hac C. de uſur.* Carpzovii *diſſertat. de privileg. ruſtic. cap. IV.* §. *XI.* Nec hic privilegiatus contra æque privilegiatum ſuo utitur privilegio, niſi unus de lucro captando, alter de damno vitando certet. Habent tamen hæ uſuræ tantum locum in pecunia numerata. In oleo autem, vino & ſimilibus fructibus centeſimas quis ſibi ſtipulari potuit, ob fructuum incertitudinem. Hodie quincunces locum habent. Quod res ruſticorum ad agriculturam pertinentes pignori dari non poſſint, niſi omnia alia deficiant. Carpzov. *proc. tit.* 25. *art.* 2. *n.* 14. *& de privileg. ruſtic. c.* 5. §. 12. Quod ruſtici quibusdam in locis, rebus venditis pro pretio pignus retineant, etiamſi de eo nominatim ſibi non proſpexerint: ut ex *ordin. judic. Magdeb.* adducit Richter *de jure* ac *privilegiis credit. c.* 2. *memb.* 1. *n.* 46. Rauchbar. *Part. I. quæſt.* 6. *n.* 7. Quod locator in illata in prædium ruſticum jus tacitæ hypothecæ non conſequatur. *L.* 4. *&* 7. *ff. in quib. cauſ. pignus vel hypotheca.* Carpz. *de privileg. ruſtic. c.* 5. §. 14. Quod excuſentur a dolo, & hæreſi. Quod bonorum poſſeſſionem etiam poſt anni ſpatium petere posſint, cum alias liberis annus, agnatis & cognatis transverſalibus tantum centum dies conceſſi ſint. Quod cauſſæ ruſticorum debeant eſſe ſummariæ. *Nov.* 80. & libelli obſcuriores, eorum cauſſa concepti, a judice non poſſint rejici dilacerarique Choppinus *de privileg. ruſtic. lib.* 3. *c.* 1. Singulare eſt in Saxonia, quod cum ibi nec libellus articulatus, nec ut uno libello ultra tria capita includantur, permittatur; eadem tamen in libellis de cauſſis & ſervitiis ruſticorum tolerentur. *Ordin. proc.* wir laſſen auch geſchehen. Quod tempore meſſis & vindemiarum in jus vocari non poſſint. *L. I. pr. ff. de feriis*, nec ſolenniter litem conteſtari teneantur, ſed qualis qualis ſufficiat reſponſio. Similiter, quod ſi Advocatus ruſtici in præjudicium partis ſuæ quicquam confeſſus ſit, ut ruſticus contra hanc confeſſionem quolibet tempore poſſit reſtitui

ſtitui. Quod nec jumenta nec alia inſtrumenta ruſtica in exſecutione facile capiantur. Peck. de *arreſtis c. 5. n.* 22. Berlich. *P. I. concl.* 8. *n.* 41. 42. Martini *tit.* 51. §. 8. *n.* 25. Huc etiam refer, quod, ſi per eorum diligentiam frumenta creverunt, illa arreſtari haud poſſint; & venatio, frugibus in agro adhuc ſtantibus, ſit ſuſpendenda, vel ſi exerceatur, & ſegetes proſtratæ aut conculcatæ fuerint, damnum iis ſit reſarciendum. Fritschius *de jure meſſis;* Gail. *L.* 2. *obſ.* 68. *n.* 10. Ludwell. *Exerc.* 4. *th.* 5. *lit.* C. Præterea inſtrumenta ruſticorum omnimoda fruuntur ſecuritate: olim Pax Dei huc ſpectabat, præcipue aratrum, ut, qui minimum de eo furabatur, ultimo adficeretur ſupplicio. Vbique, ubi pacis Dei ſit mentio, aratrum expreſſis verbis inſeritur, & de illo aliquid auferre idem eſt, ac templa ſpoliare. vid. *ſpecul. Saxon. L.* 2. *art.* 13. *ſuevic. c.* 15. §. 3. Memorabilis occurrit locus in Gervaſii Tilberienſis otiis imperialibus apud Leibnitium *T. I. Scr. R. B. pag.* 933. ubi Dunigallo Rex Angliæ ſtatuit, ut *templa & ſtratæ, ipſæ quoque civitates &* aratra colonorum, *ad ſe fugientes tuerentur.* Fridericus II. Imp. *in auth. agricultores C. quæ res pign. obl. poſſunt*, jam prohibet, ne quis tam audax ſit, ut agrorum inſtrumenta, aut quid aliud, quod ad agrorum operam ruſticam pertinet, invadere, capere aut violenter auferre præſumat, niſi ablatum in quadruplum reſtituere, infamiæ notam incurrere & animadverſione imperiali puniri velit. Jus ſuevicum gravius diſponit *cap.* 115. §. 4. Die den Pflug beraubent/ ſo er des Morgens von dem Haus fahrt uf den Acker/ und ſo er wieder heym fahrt/ und den Gebauren oder Geſinde icht thut/ oder nimmet das dreyer Pfenning wehrt iſt/ man ſol in Ratbrechen. vid. etiam *jus Saxon.* art. 13. putant tamen DD. Saxonici, hoc de violentis raptoribus & latronibus intelligendum eſſe. Heig. *p.* 2. *q.* 30. Coler. *deciſ.* 148. *p.* 1. Sed ad reliquas ſectiones, quarum gratia hanc ſcriptionem potiſſimum ſuſcepi, pergendum eſt.

## SECTIO III.
## DE
# PRÆDIIS RVSTICIS
## VVLGO
# Sattelfreye-Gühter.

§. I.

COaluit vox Sattelfrey-Guht ex tribus vernaculæ noſtræ vocabulis, quorum medium libertatem denotare, cuivis notum eſt. Id ſane crebro miratus ſum, cur majores noſtri matrimonii jugo contrarium indiderint vocabulum, cum illo vinculo colligari ipſis freien vocetur. Sed hæc vox fortaſſe a Freja Dea Wodani conjuge, germanorum Venere, coelibum tantum poſt mortem patronæ, repetenda erit; niſi dixeris, Numinum notitiam & vocabula in gente noſtra ſerius eſſe exorta. Ad umbram igitur libertatis, quam matrimonium a patria liberans poteſtate ſuppeditat, confugiendum erit. Equidem in ea ſum ſententia, cum inter Germanos nonniſi maturioris ætatis homines conjugio ſe manciparent, patriam illud finiiſſe poteſtatem. Sed hæc quaſi per tranſennam dicta ſunto.

§. II.

Sadel/ Sattel Germanis ephippium ſignificat, quod a voce Sitten commode derivari poſſe opinor, unde Sidel/ Seſſel/ ſedes, ut Sadel/ Sattel nihil aliud ſit, quam ſedes in jumento firmata. Si paulo altius hanc quoque vocem repetere vellemus; dici poſſet, Sitten originem ſuam debere voci Sied/ humilis: ille enim, qui ſedem occupat, corpus demittit & ſic ſe humiliat. Ephippii uſus ſerius in Germaniam introductus eſt. *Neque eorum moribus*, inquit CÆSAR *L. 4. B. G. turpius quicquam aut inertius habetur, quam Ephippiis uti.* Itaque *ad quemvis numerum ephippiatorum equitum quamvis pauci adire audent.* Phaleris tamen eos uſos, CLVVERIVS *L. 1.*

*L.* I. *c.* 45. *Germ. antiqua*, veterum comprobat teſtimoniis. JUSTUS LIPSIUS *L.* 3. *de militia romana p.* 142. *Ac vide*, inquit, *quam mutaverint ſe Germani: nunc ſellæ iſtæ altiores & fabre factæ eorum quaſi peculiares.* Qua in re convenit majoribus noſtris cum Perſis, de quibus XENOPHON *L. VIII. Pædiæ:* Νῦν δὲ ϛρώματα πλείω ἔχουσιν ἐπὶ τῶν ἵππων, ἢ ἐπὶ τῶν εὐνῶν; οὐ γὰρ τῆς ἱππείας οὕτως ὥσπερ τοῦ μαλακῶς καθῆσθαι ἐπιμέλονται. *Nunc autem ſtragula plura in equis habent, quam in lectis: non enim tam equitationis curam habent, quam mollioris ſeſſionis.*

## §. III.

Fortiſſimi Romanorum bellatores nullo ephippio utebantur, ſed ſaltu ſe in equum injiciebant; quod exercitatis minus difficile erat, quam ſellas illas equeſtres altiuſculas & e ferro lignoque compaginatas ſuperare. Audiamus hac de re VEGETIUM *L.* I. *c.* 17. *Non tantum a tironibus, ſed etiam a ſtipendioſis militibus ſalitio equorum diſtricte ſemper eſt exacta. Quem uſum uſque ad hanc ætatem, licet jam cum diſſimulatione, perveniſſe manifeſtum eſt. Equi lignei hieme ſub tecto, æſtate ponebantur in campo:* ſuper hos juniores primo inermes, dum conſuetudine proficerent, demum armati cogebantur aſcendere. Tantaque cura erat, ut non ſolum a dextris, ſed etiam a ſiniſtris & inſilire & deſilire *condiſcerent, evaginatos etiam gladios vel contos tenentes. Hoc enim aſſidua meditatione faciebant, ſcilicet ut in tumultu prœlii ſine mora aſcenderent, qui tam ſtudioſe exercebantur in pace.* Ne tamen putes, Romanos aliasque gentes nudo plane equo inſediſſe, ut ſudore ex equis commotis expreſſo commacularentur: Stragula quadam e panno, corio, pelle confecta utebantur, quæ & *Strata* dicebatur. SENECA *Epiſt.* 80. *Stultus eſt*, inquit, *qui equum empturus, non ipſum inſpicit, ſed Stratum ejus & frænos.* Græci ϛρώματα pariter dixere itemque ἐφίππιον. Succeſſu vero temporis & bellatores equi ephippiis inſtruebantur, quæ SIDONIUS APOLLINARIS *Lib. III. Ep.* 3. Sellas vocat: *Alii ſanguine ac ſpumis pinguia lupata ſuſcipiunt, alii ſel-*



Digitized by Google

*larum equeſtrium madefacta ſudoribus fulcra reſupinant.* Locum Dionis male verſum, ex quo nonnulli uſum ephippiorum tempore Neronis invaluiſſe, falſo ſibi perſuaſum habent, emendat LIPSIVS *de militia Romana L.* I. *p.* 35. evincitque, ſermonem ibi eſſe de equo publico, quem milites confectis ſtipendiis reſtituebant & ad Cenſorem reducebant, de quo ritu PLVTARCHVS *in Pompejo: Mos eſt*, inquit, *romanis equitibus, ubi legitima ſtipendia impleverint, ducere in forum equum ſuum ad Duumviros, quos Cenſores appellant, & commemorantes Imperatores quosque ſub quibus meruerint, militia ſolvi.*

## §. IV.

Germanis autem antiquioribus fortaſſe alia, quam commoditatis cauſſa, ejusmodi ſellarum fuit, nimirum firmitas & quia ſecurius ſic concurrunt & confligunt. Vt enim nudo equo facile eſt inſilire, ita nec difficile, eo dejici & a caballo conculcari. Imo cum uſus ephippiorum in bellis potiſſimum invalſceret, bellator equus κατ' ἐξοχὴν ein Sattelpferdt dictus eſt. Patet hoc ex *Bothonis chronico picturato* apud Leibnitium, ubi ſæpe der Sadelpere aut in congreſſu occiſorum aut ſpoliatorum mentio injicitur. Et quid magis bellatorem aut decet aut juvat, quam equus neceſſariis rebus inſtructus. In quam rem legi meretur conſtitutio Divi IVLII de 20. Novembr. 1588. quæ inſerta reperitur volumini Conſtitutionum guelphicarum pag. 698. & ex eo LVNIGII *Corpori juris feudalis germanici T. II. p.* 1447. qua vaſalli noſtri iubentur, ut impoſterum equo inſtructo in aula compareant & ipſi ſervitia equeſtria caballo præſtent, nec rhedis, ut pigritiæ vehiculis, utantur. Ibi inter alia: Wan wir nun denſelben/ in Betrachtung unſer Verwandniß/ damit wir Kayſerl. Majeſt. und dem Heil. Röm. Reiche/ und dem geliebten Vaterlande zugethan/ unſers Theils länger nicht zuſehen können/ ſondern die alte Brunſchwygiſche und uns von Unſern löblichen Vorfahren angeſtammete und aufgeerbte Reuterey wiederum/



Digitized by Google

ſo viel an Uns / herfür zubringen gemeinet / damit wir auf allem Fall / da von Kayſerl. Majeſt. wir die deutſche Freiheit gegen frömde Nationen zu erhalten aufgemahnet / mit unſern Gezeuge und Rüſtung deſto beſſer gefaſt ſeyn und beſtehen mögen / Alß wollen und befehlen wir hiemit euch allen und jeden wohl- und obgemelten unſern Lehn-Leuten / Dienern und Verwandten / was Würden oder Standes die ſeyn / in Gnaden ernſtlich / daß ihr und ein jeder unſer Angehörigen mit ſo vyl reyſigen Pferden / als er vermöge ſeiner Lehn und Verwandtniß Uns zu dienen ſchuldig und pflichtig / jederzeit in guter Bereitſchafft ſitze / wohlverſuchte / geübte / erfahrne / wegkündige Knechte bey ſich habe / desgleichen ſo vyl müglich mit blancker ſtalener Rüſtung und geſtäleten Satteln / daran 2 Feur-Rohr mit eiſen blechen Laden und ſmalen Anſlägen irgends zu eindrächtigen vyrthalben Quentin ſweren Kugeln und zugerichteten Patronen / oder mit andern dergleichen unſträflichen Rüſtungen / wy auch mit Spieſſen und Hauptharniſchen - - - - bey uns auf Erfordern ſich einſtellen könne ꝛc. Poſtea tamen & ruſticorum equis impoſita ſunt ephippia, fortaſſe, vt & feminæ & pueri iis inhærentes in partem vertendi agri venirent, quod hodie paſſim uſu venire videmus. Imo hodie equum, qui ephippio inſtructus aurigam aut aratorem fert, das Sattel-Pferd dici, in vulgus notum eſt.

## §. V.

CONRINGIVS in *libro de Orig. Jur. germ. c. 7.* circa etymologiam vocis Sattelfrey in alia omnia diſcedit, putatque, non Sattelfrey / ſed Saalfrey legendum eſſe. Verum ſalicarum terrarum & legis ſalicæ ratio in Germania noſtra inferiori plane ignota fuit. Aliter ſe res habuit in Germania ſuperiori, veteri Francorum occupatione, quod ex traditionibus Fuldenſibus a PISTORIO & Dn. SCHANNATO collectis conſtat, quarum excerpta quædam vide ſis apud Dn. ECCARDVM *ad L. Salicam p. 107.* Quid autem terra Salica fuerit, quam theotiſce *Selehove, Sedelhove* vocari, SCHAN-

NATVS *in Buchovia veteri p.* 324. tradit, eruditi inter ſe non conveniunt. Wendelino dicitur fundus, quem ſalicus ſive nobilis & liber homo poſſidet. Pithœo autem, Lindenbrogio & B. Rhenano dicitur terra, quæ devictis hoſtibus, Regi militibusque ſaliis forte obtigit. Rectius autem ſentiunt ECCARDVS & SCHANNATVS, terram ſalicam fuiſſe allodium ſeu avitam paternæ curtis heredi maſculo, filiabus in perpetuum excluſis, relictam partem a cenſu liberam, juxta §. 6. *tit. XLII. Leg. Salicæ. De terra Salica nulla portio hereditatis mulieri veniat: ſed ad virilem ſexum tota terræ hereditas perveniat.* Et ex hoc apparet, Salica bona ad noſtra Sattelfreye non quadrare. Bona ſalica enim per ſe a cenſu erant immunia, non autem a decimis, aliisque oneribus extraordinariis. Deinde pleraque bona, quæ in Germania noſtra nomine Sattelfrey veniunt, ejusmodi ſunt naturæ, ut nec feminas penitus excludant, quod in ſalicis fiebat. Audiamus nobis ὁμόψηφον SCHILTERVM JCtum incomparabilem in *Commentar. jur. feud. alem. ad cap.* 63. *Moribus Germanorum,* inquit, *Celtarumque, bona avita immobilia ſive allode, ſive hereditates, Francis terra ſalica, Alemannis* Adelerbe, Adelod (unde allode natum) *familiæ conſervandæ gratia habita ac deſtinata fuerunt, ſecus ac bona acquæſtu comparata, etiam immobilia: hinc etiam ſequebatur, ut nonniſi mares ſuccederent, excluſis feminis.* Notari tamen meretur, in traditione Bobbonis de Sunnebrunne de ao. 1170. apud SCHANNATVM *C. T. F. p.* 272. allodium pro qualibet poſſeſſione ſumi. Ibi: *Omnia quæ in ſubſcriptis allodiis, jurebeneficiali vel quovis modo poſſidebat* &c.

## §. VI.

Vox Gut/ Goed/ Gued ſimpliciter poſita, a majoribus noſtris imprimis pro prædio ſumta eſt, cujus ratio eſſe videtur, quod agri ſeu fundus reliqua v. c. nummos, pecora &c. bonitate longe ſuperant, quippe quæ viciſſitudinibus valde ſunt obnoxia, ut proinde nata ſit parœmia: De Ruiter ritt



Digitized by Google

over dat Land un lett et liggen. Eadem ſignificatio apud Romanos vocis *fundi*, quæ agrum cum villa ſignificabat *L.* 60. *L.* 211. *D. de verb. ſignif.* ab eo, quod, quemadmodum VARRO *L.* 4. *de lingua lat.* & SERVIUS *in* 2. *Georg.* ſcribunt, *fundat quotannis multa, pecuniaque ſit ac pecudum fundamentum.* Feſtus appellationis hujus originem aliunde ducit, agrumque inde fundum dici exiſtimat, quod *planus ſit ad ſimilitudinem fundi vaſorum.* Fundum autem duobus conſtare, *agro & villa*, pluribus textibus probat BRISSONIUS *Lib. VI. de verbor. ſignificat. p.* 733. Sicut autem apud Romanos fundis nomina ex dominorum poſſeſſorumque nominibus imponebantur, ut *fundus Botrojanus* L. 13. D. comm. præd. *Cornelianus* L. 87. D. ad L. falcid. L. 7. D. pro emt. L. 34. D. de acquirenda poſſeſſ. *Gargilianus* L. 45. §. feliciſſimo D. de legibus 3. *Geronianus*, *Julianus*, *Mevianus*, *Sempronianus*, *Soſianus*, *Speratianus*, *Sutrinus* &c. ita etiam miniſteriales fundis quibusdam donati, illis nomen plerumque dederunt, unde forte hodienum iſta nobilium & villarum ſuarum quoad nomen convenientia. Et notum eſt proverbium: *Nobilis eſt ille, quem nobilitant ſua villa.*

## §. VII.

Sed miſſo etymologiæ ſtudio ad rem ipſam accedamus. Sattelfreye Güter ſunt in terris Brunsvic. & vicinis: *prædia ab operis ruſticis libera*, *omnibus autem aliis reipublicæ oneribus obnoxia.* Quemadmodum Sattel-Lehne nihil aliud ſunt, quam feuda maſculina, quæ equo ſeu ſervitiis militaribus domino adſtricta ſunt, aut quod loco laudemii, tempore novæ inveſtituræ equus ephippio ornatus domino directo præſtetur. De inferiori Germania illud teſtatur LUNIG *T. III. Corp. Jur. feud. germ. p.* 654. De Belgio SANDE *in conſuet. feudal. p.* 59. 172. & ex eo SCHILTERUS in Diſſ. *de inveſtitura Principum imperii ſimultanea c.* 2. §. 1. Si vero clauſula tot Zutphenſchen Sattel-Lehn-Rechten in litteris inveſtituræ adhibeatur, denotat feudum, in quo abſque reſpectu ad originem paternam

ma-

maternamve ille ſuccedit, qui ratione lineæ, conſanguinitatis, generis & ætatis proximus eſt. LVNIG. l. c.

## §. IIX.

Prædium, quod ein Sattelhoff vocatur, differt a feudo nobili einem Sattel-Lehn ſ. einem Roßdienſtpflichtigen Guthe/ ut minus a majori. Diſtinctio hæc fundata eſt in ipſo Receſſu Salzthalumenſi de ao. 1597. qui locus mox adſcribetur. Formulam litterarum inveſtituræ über einen Sattelhoff exhibet LVNIG *Corp. jur. feud. germ. T. III. p.* 815. ubi vaſallus inveſtitur, mit dem Sattelhoffe ſamt 3. Orten Feld/ 8. Acker Wieſe-Wachs/ allem Puſchholtz an den Wieſen und Berge/ einer Fiſcherey/ **den Erb-Gerichten im Sattelhoffe**, it. eine halbe Hube zu N. davon zinſet N. einen halben Scheffel Korn / item N. und N. zinſet jeglicher ein Huhn / item einen wüſten Garten / ſammt dritthalb Huffen im N. Felde gelegen Acker und Wieſen/ den andern Nachbahrn gleich ſamt der Trifft darauf. Finis formulæ: Reichen und leihen - ſolche Gühter - - zu beſitzen und zu gebrauchen und zu genieſſen/ die auch/ wie ſichs gebühret/ **zu verdienen**, und dem Lehen/ ſo offte die zu Falle kommen/ **rechte Folge zu thun**, und ſich darmit zu halten/ wie ſolcher Lehen-Gühter alt Herkommen Recht und Gewohnheit iſt. Wir haben auch ſeinen Bruder N. ingleichen N. und N. und deroſelben rechte eheliche gebohrne Leibes-Lehens-Erben mit obbeſchriebenen Sattelhoff und Zubehörungen ſämtlich mit ihnen belehnet ꝛc. Formulam inveſtituræ hujusmodi prædii, ruſtico collati refert itidem LVNIG. *l. c. T. I. p.* 1769. ubi Carolus Epiſcopus Oſnabrugenſis an. 1699. in curia feudali ſequentibus utitur verbis: Wir Carl - - thun kund daß wir auf unſern gemeinen Lehen-Tagen belehnet haben und hiemit belehnen Jürgen Abing - - **in Dienſtmanns ſtatt**, und allermaſſen er daſſelbe von Unſern Vorfahren am Stifft zu Lehen empfangen und getragen ꝛc His affinia ſunt feuda ruſtica & ſchultetica in Marchia Brandenburgenſi, it. Die Lehen-Krüge/ Bürger und Bauer-

Lehne

Lehne in Saxonia ſuperiori. De prioribus conferendus MVLLERVS *in pract. civ. march. rer. forenſ. reſol.* 71. quæ tamen a Rege Boruſſiæ an. 1721. pro allodialibus & hereditariis declarantur: LVNIG *T. II. p.* 867. ubi reſervantur die zu præſtirende Fuhren/Jagd- und andere Dienſte. Sublata etiam in iis ſunt delicta feudalia *l. c. p.* 868. canon quotannis ex iis præſtandus, nec ſine ſpeciali præfecturæ conſenſu pecunia in illa credi poteſt. LVNIG *l. c. p.* 870. Juri detractus quoque ſubjiciuntur. Exemplum eines Sattelhofes/ Hötenslebii ſiti, quod civis quidam Helmſtadienſis a Dynaſtis Warbergicis in feudum habuit, monaſterioque Marienbornenſi donavit, ſuperiori ſectione allatum eſt.

§. VII.

Quod ad originem der Sattelfreyen Höfe attinet, ea ex bonis litonicis & fundis deſolatis maximam partem enata eſſe arbitror. Nobiles enim ruſticorum bona redimebant, aut deſertos & vaſtatos agros prædiis ſuis adjiciebant, qui allodialibus æquiparati, nobilibus paſſim in feudum a Domino conferebantur. Sic non pauca Templariorum bona deſolata ad nobiles pervenerunt. Sed de ejusmodi bonorum publicorum & ruſticorum acquiſitione diverſimode hodie ſtatutum reperimus. Alicubi prohibita eſt, ne hæc bona oneribus publicis facile ſubtrahantur. Quam in rem de Saxonia Electoris Johannis Georgii mandatum de anno 1623. allegat HORN. *in Juriſpr. feudali Cap. III.* §. 23. In noſtro Ducatu nobilibus quidem permiſſum, ruſticorum ſuorum prædia ſibi coëmere aut vacuefacta vindicare, ſed in caſu ſaltim extremæ neceſſitatis. Oneribus tamen, quibus antea obnoxia erant, iis inhærent, licet a nobile poſſideantur. En hac de re genuinum documentum aus der Braunſchw. Lüneb. Schatz-Ordnung de ao. 1619. **Zehentens**, gleich als viele von unſer Ritterſchafft und andere / gantze und halbe Meyer auch Kohtſ-Höfe / davon hinbeführo Land-Schatz und andere Schatzungen gegeben/ an ſich gebracht, und unter die gemeine Dorffſchafften

ten zu contribuiren ſich verweigert / auch theils Meyer abgetrieben / und die Güter zu ihren Sitzen genommen / theils auch Gnaden-Verſchreibungen von Uns erlanget / ſo ſoll zwar denſelben / welche in gewiſſe Rolle geſetzet werden ſollen / ſolche Abforderung von denen Dorffſchafften dießfals zugelaſſen / dieſelbige aber / ſowohl die / ſo Meyer-Güther bey ihre Sitze genommen / oder nehmen werden / ſchuldig ſeyn / an ſtatt der beyden Land-Schatzungen / ſowohl Hueffen- als Schaaff-Schatz von jeder Hueffen / die ſie zu ſolchen Höfen gebrauchen / zwey Reichsthaler zu dem erſten Land-Schatz eines für alles zu erlegen ; was aber andere Güter / die ſie verpachtet / auch Zehenten betrifft - - - - - auch hierin Fräulein-Reichs-Creys-oder andere extraordinari Steuren nicht begriffen ſeyn / ſondern da die künfftig angeleget / **ſonderlich dazu** *contribui*ren **werden** 2c.

## §. IIX.

Rudolphus II. Rex Bohemiæ ao. 1587. conceſſit ordini equeſtri in principatibus Schweidnitz & Jauer privilegium, ut prædia ruſtica a nobilibus emta aut aliter acquiſita, cum aliis bonis feudalibus ad filios & agnatos perveniant, excluſis feminis, niſi aliter in vita diſpoſitum. Privilegium hoc refert Lvnig *T. II. p.* 289. *C. J. F. G.* In Receſſu inter Fridericum Ducem Lignicenſem Brigenſemque & Status Principatus Lignicenſis ao. 1595. pacto, ſtatuitur: Vt prædia ruſtica juſto pretio a nobilibus coëmi poſſint, ex quibus ea, quæ ſpecialiter pro bono feudali non declarata aut tempore immemoriali loco feudorum habita & laudemio renovata ſunt, pro allodio habeantur, reſervatis tamen Dienſten / Zinſen und Abmäßigkeiten / ſo zum Lehn gehörig. Si vero feudum ipſum ad Principem aut agnatos ipſius devolvatur, ejusmodi conſolidata prædia ruſtica priſtinam naturam referentia, ruſticis denuo tradantur, aut a ſucceſſore feudali juſto pretio redimantur & in emolumentum feudi ipſi annexa maneant Lvnig *l. c. T. II. p.* 335. qui & *T. III. p.* 839. formulam litterarum inve-

inveſtituræ, quibus coëmta prædia ruſtica in feudum maſculinum transmutantur, refert. In Luſatia inferiori dominis libera poteſtas relicta, hominum ſuorum propriorum bona vel ipſis invitis coëmendi, ex *Ordinat. provinciali Marchionatus Luſatiæ inferioris Tit.* 4. §. 12. Conf. HORN. *Reſponſ.* 37. *Cl.* 2. *fol.* 144. 145. quo ipſo mancipium libertatem conſequitur, nec litteras liberatorias (Erlaß-Brieff) redimere tenetur, niſi cum ipſius voluntate factum, ut dominus ſe prædio ejiciat, & ſingulariter conventum ſit, ut aliud prædium excolendum ſuscipiat, quo caſu extra marchionatum profugere ipſi non integrum eſt. Libertas illa dominorum ex antiquiſſima conſuetudiue profluxiſſe videtur, ex dura potiſſimum Slavorum conditione, de qua DITMARVS *L.* 3. *Chron. p.* 55. *edit. mader.* dicit, quod Slavonicæ familiæ accuſari, venundari & diſpergi poſſint. Reducunt tamen nonnulli hanc libertatem ad cancellos æquitatis, & limitationem dictæ Ordinationi provinciali adjiciunt, ut domino non concedatur, niſi homo proprius prava oeconomia, peſſimo vivendi genere, denegatione ſervitiorum canonumque ſe indignum reddiderit. Quod ſi probari poſſit, fundo privari & ut alias ſedes quærat, mancipium diſſoluta ſua vita in libertatem provolans (quod paradoxon videtur, ut quis ex pœna & delicto rem ſuam meliorem reddere poſſit) territorio ejici poteſt. Diſtinguunt etiam DD. utrum ruſticus prædiolum ſuum titulo oneroſo, an liberalitate domini acquiſiverit. In Marchia, ſi nobilis ipſe careat ſede nobili (Ritter-Sitz) ipſi permiſſum, ruſticorum ſuorum fundos in hos uſus convertere. Confer. STRYCK. *de agris deſertis* c. 6. n. 28. ſq.

## §. IX.

Poſtquam autem nobilibus talia obtigerunt bona, eorumque manus torquendæ haſtæ, quam dirigendæ ſtivæ aliarumque ſordidiorum operarum aptiores eſſent; nec non quod quis per alium facit, id ipſe feciſſe videatur, prædia



Digitized by Google

iſta aliis colonis fiduciario ſæpe vinculo contulerunt, operamque dederunt, ut huiusmodi ſuis bonis libertatem operarum impetrarent. Qua in re voti compotes factos eſſe, experientia docemur. Contigit etiam ſubinde, ut ejusmodi bona ad civitatenſes & paganos pignoris vinculo aut retrovenditionis contractu pervenirent, & deinde ad nobiles redirent. Qua de re ita in Receſſu Salzthalenſi de ann. 1597. diſponitur: Wann dero von Adel Rittermäßige Güter/ welche von Alter/ bis ſie Bürgern oder Bauren verſetzt oder Wiederkäufflich ausgethan worden/ von Herrndienſten beweislich frey geweſen, hernachen von ihnen wieder eingelöſet worden/ ſollen dieſelbige ihre vorige Freyheit wiederum erlangen/ und ſo lange ſie bey ihnen ohnverſetzet und ohnverkauffet bleiben/ behalten; da aber ſolche Dienſt-Freyheit nicht zubeweiſen/ als werden davon die Dienſte nach wie vor billig geleiſtet. Es wäre denn/ daß ſolche Stücke 1) als freye Güter in ihren alten ohnverdächtigen Lehn-Brieffen von 50. und mehren Jahren ausdrücklich zubefinden. 2) Und ſie dieſelbigen zu ihren eigenen habenden adelichen Sitzen oder freyen Sattelhöffen glücklich gebrauchen wolten/ auf welchem eintzigen Fall allein und ſonſt nicht/ haben die von Adel nach beſchehener Wiederlöſung ohn fernern Beweißthum die Dienſt-Freyheit billig zu genieſſen. Welche ſonderliche Dienſte bedinget/ oder ſonſten von alters beſtändig hergebracht haben/ die ſollen vermüge auffgerichteten Vertrages und alten herkommens dabey bleiben. Quæ iisdem fere verbis repetuntur in dem Gandersheimiſchen Landtages Abſchiede de ann. 1601. artic. 46. ex quo etiam de praxi circa naturam der Sattelfreyen-Güter in terris Electoralibus Br. Luneb. argumentum ducere licet.

## §. X.

Dari in Ducatu noſtro ſubfeuda ruſtica, a nobilibus conceſſa, patet ex ſequentibus Receſſus Saltzthalumenſis de 1597. art. 29. verbis: Den Affter-Lehnleuten/ ſo denen von Adel

Lehn-

Lehn-Waare zu entrichten ſchuldig/ ſoll es bey nachfolgender Tax billig gelaſſen werden. Nemlich von einer Huffen Landes, wenn es gut Acker iſt/ fünff Thaler, wenn er aber nicht gut iſt/ drey oder vier Thaler, von einem Zehendten der dritte Theil eines Jahrs Auffkunfft/ von einer Marck Geldes einen Ortsthaler/ von einem Brunswygiſchen im Lehnbrieffe verſchriebenen Scheffel Korns einen halben Thaler/ von einem Koht-hoffe, da nichts bey iſt/ einen halben Thaler ꝛc. Otioſa ſane quæſtio eſt, quam vulgo movent, an ruſtici feudorum ſint capaces, cum in Jure feudali Saxonico Capite II. illud iis concedatur. Ibi: Welcher Herr einem Bauern ein Guht zu Lehen leihet/ von dem haben ſie wohl Lehn-Recht an dem Guht/ ſie erben es aber nicht an ihre Kinder. Ruſtici Longobardici apud Roncalias in curia univerſali feudorum capaces declarati ſunt, & apud Mediolanenſes etiam feuda ruſtica cum curia vendita eſſe, conſtat ex 2. f. 34. i. 2. f. 26. 7. Ipſe Carolus M. in dem Reichs-Saalbuche/ qualis liber Viennæ aſſervatur, inveſtituras ruſticorum probavit. In Saxonia & Suevia ruſticis rebellantibus per Comites, potiſſimum ante pacem publicam conſtitutam, ſubfeuda collata eſſe, conſtat ex ſpeculo Saxonico & Suevico. Cum Comitatus Francici juris Epiſcopis & Prælatis conſenſu Imperatorum Friderici I. & II. donati, venditi & ab Imperio in feudum dati ſunt, multa feuda ruſtica in iis ab Epiſcopis & nobilibus conſtituta ſunt; imo urbes ſæpius ruricolis feudali nexu terras quasdam contuliſſe conſtat, ut tempore diffidationum ſuperioribus ſeculis conſuetarum ruſticos ſuos in auxilium vocare & certius illis confidere poſſent. Probe tamen notat Lynckervs Reſp. 132. n. 34. p. 34. p. 853. ut ſi res infeudari ſolita exigui ſit momenti, bona iſta ad emphyteuſin ſi non referantur, tamen illi ſimillima habeantur. Ravchbar. II. *qu.* 21. *n.* 26. & Carpz. II. *conſt.* 45. *def.* 21. *n.* 5. examinatque ibi Lynckerus caſum, quo quis pratum annuo canoni obnoxium ut feudum præfecturæ (als ein Heßiſches Amts-Lehn) ſibi comparavit.

vit. Homines quoque proprii ad feuda ruſtica, quæ certos cenſus certasque operas ruſticas debent, admitti, dubio caret. Plane feuda Schriftſaſſica Cantzelley-Lehne ruſticos accipere poſſe, obſervat SCHILTER *p.* 38. *in not. ad Struvii Jus feud.* Servitia enim equeſtria tempore belli a vaſallis præſtanda non ſunt proprie de eſſentia feudi. Cum autem exigua prædia, imo ſingulares agri facile aliis concedantur, inde ne confuſio inter dominos directos oriretur, ſancitum eſt, ne feuda ultra quartum poſſeſſorem ſubinfeudentur, ex Jure Saxonico apud SCHILTER. *p.* 275. Sic Domini de Lieberode tenuerunt octo manſos in feudum a Comite de Mansfeld, qui viciſſim ab Electore Bavariæ, Moguntino & Imperio ipſo dependerunt. LEVCKFELD in antiquit. Walkenridenſibus p. 432. exemplum quoque adfert, quo monaſterium an. 1611. Henricum Julium, D. B. L. de pago Schowen inveſtit, qui illum viciſſim ut ſubfeudum Statio de Munchhauſen confert. A dicto Munchhuſio vero iterum pretio redemtus, an. 1615. Capitulo Halberſtadienſi traditus eſt. De feudis ruſticis ergo nullum dubium ſupereſt. Meclenburgenſis tamen nobilitas ſibi ſoli vindicare aggreſſa eſt, ut feuda nulli alii, quam ſibi, conferantur. Imo an. 1700. 1701. in Comitiis provincialibus fortiter urſit, ut omnes non nobiles cogerentur, feuda ſua nobilibus vendere, ſed repugnante Duce res exitu caruit. TORNOV. *P. I. p.* 205.

## §. XI.

In genere notandum, triplicem prædiorum in Ducatu Guelfico eſſe differentiam. *Primo* dantur prædia nobilia libera, quæ & Roßdienſt-pflichtige vocantur, matriculæ equeſtri inſerta, quorum poſſeſſores certam pecuniæ ſummam in matricula determinatam præſtant, & ad dotem in elocatione filiarum Principis conferre tenentur, ut factum an. 1708. quo Ordo equeſtris cum ceteris ſtatibus provincialibus ELISABETHÆ CHRISTINÆ glorioſiſſimo Imp. CAROLO VI. deſponſatæ, ſummam 40000. florenorum (alias tantum 20000.

ſunt

Digitized by Google

ſunt) conferre debuit: & an. 1711. quo iidem Ordines CHARLOTTÆ CHRISTINÆ SOPHIÆ, hodierni Ruſſorum Imperatoris potentiſſimi, beatæ memoriæ Patri, ALEXIO PETROWITZIO elocatæ dotem elargiti ſunt. Nec non ita dictam pecuniam die Aſſeſſoren-Gelder / & bello imminente das ſo genandte Ritter-Pferdt / aut loco ejus determinatam pecuniæ ſummam, plerumque 50. imperialium pro quolibet caballo ſolvendorum, præſtare tenentur.

## §. XII.

Secundam claſſem conſtituunt die Sattelfreyen-Gühter / quæ ad Schrifftſaſſica regulariter referuntur. Olim etiam quædam ex iis Amtſaſſica fuere, quæ quidem ab angariis ruralibus immunia fuere, quotannis tamen vecturas quasdam (etliche Bauer-Reiſen und Fuhren) ſuſcipere debuerunt, cujusmodi ruſticum quendam novi in pago Rockeln / qui parocho cuidam vicino quotannis vecturam ad 12. milliaria præſtare tenetur, ceterum operibus ruſticis ſolutus, præfecturæ tamen ſubjectus. Sed quemadmodum omnium prædiorum ſervitiis aut immunitatibus obnoxiorum diverſa eſt natura, ut quoad plus & minus differant; prout domini juribus ſuis invigilarunt, aut clementes miteſque ruricolis ſe præſtiterunt; ita etiam bona, quæ Sattelfrey vocantur, alia magis, alia minus oneribus ſubjecta ſunt.

## §. XIII.

Tertium genus conſtituunt reliquæ ruſticorum poſſeſſiones, amtſäßige / pflichtbahre & oneribus omnibus ac ſingulis ſubjecta bona, quorum poſſeſſores in triplicem rurſus claſſem diſpeſcuntur: ſunt 1) Meyer ſ. volle Ackerleute / 2) Halb-Meyer ſ. Halbſpänner / 3) Kohtſaſſen oder Brinck-Sitzer. Ita in der Braunſchw. Lüneb. Schatz-Ordnung ſequentes occurrunt formulæ: Unſern Droſten und andern Landſaſſen / ſo adeliche Freiheit haben / und unter der von der Ritterſchafft Taxa contri-

contribuiren. Item: Diejenige in Flecken und Dörffern/ es ſeyn volle Ackerleute, Halbſpänner oder Kohtſaſſen. Item: Ein Ackermann oder Vollmeier. Item: Ein Halbſpänner oder Groß-Kohtſaſſe/ ſo Pferde zum Ackerbau und die gemeine Weyde betreibet. It. Die geringen Kohtſaſſen/ welche nicht Pferde halten.

## §. XIV.

Quod autem ad præcipuum Κρινόμενον der Sattelfreyen Gühter attinet, an ſcil. talia prædia a nullis aliis oneribus, quam ruſticis operis vacua ſint, affirmativa ſequentibus firmabitur rationibus. Quod (1) pro oneribus publicis ſemper ſit præſumtio, quoniam ſine iis reſpublica eſſe non poteſt; quo ſpectat egregia illa oratio apud Tacitum, rempublicam ſine milite ſervari non poſſe, milites ſine ſtipendiis non ali, ſtipendia ſine contributione & cenſu non corrogari. Proportio tamen in iis ſervetur, ne major pars minori præjudicet, maxime ſi proportione neglecta quid decernere velit. KLOCK. *c.* 6. *de contrib. n.* 66. VIETOR. *de exemt. imper. concl.* 5. LYNCKER *Deciſ.* 1403. *p.* 416 (2) Qui reipubl. commodis cum aliis ſecure vult perfrui, ille etiam cum aliis reipubl. onera ferat, neceſſe eſt. (3) Jus indicendi tributa & collectas aliaque onera imponendi ad regalia ſpectat, & (4) beneficia regalium juri derogantia ſtricte ſunt interpretanda. BRVNNEM. *ad L.* 3. *ff. de conſtit. n.* 6. FINCKELTHAVS *obſ.* 41. KNICHEN *de veſtit. paction.* P. 2. c. 2. n. 32. ſic & (5) experientia quotidiana conſtat, ut die Sattelfreyen Gühter omnibus oneribus provincialibus, exceptis ſervitiis, regulariter ſint obnoxia. Et (6) ex allegato Receſſu Salzthalumenſi nihil plane ſuperſit dubii. Quibus accedit (7) teſtimonium RHETII, quod in *commentario juris feudalis Lib. I. tit.* 1. hac de re affert: *Statuere non audeo*, inquit, Sattelfreye Gühter, *quæ in certis Germaniæ tractibus* Sattel-Gühtern *opponuntur*, Sattelfreye *eſſe dicenda*, *præſertim cum aliquoties ex actis judicialibus ad facultatem noſtram transmiſſis obſervaverim*,

im, *talia bona ſeu* Sattelfreye=Gühter *ab omnibus oneribus* ·on *eſſe vacua.* Quod autem Rhetius in modo adductis propter-a bonis his appellationem Sattelfreye=Güter minus re-te tribui exiſtimet, meum non facio. Sufficit, uſum loquen-i, optimum linguarum interpretem, ita alicubi introduxiſſe. /erba valent ſicut nummi. Ipſi Græci ponto Euxino *κατ' ἐξοχὴν* nomen euxini impoſuere, ac ſi tuta & commoda habita-o ibi daretur, cum potius axinus, inhoſpitalis vocandus fuiſſet. ellum quaſi minime bellum a Romanis dictum eſt.

§. XV.

Illi, qui den Sattelfreyen=Gütern omnimodam tribuunt bertatem, ut faciunt STRYCKIVS in *Exam. Jur. feud. Cap.* . §. 31. & definitio apud LVNIGIVM *T. III. Corp. Jur. feud.* *rm. p.* 645. aliique, recurrunt (1) ad L. 3. ff. de conſtitut. incip. Sed dictum iam tum, hanc legem exceptionem iti, ſi res regalia reſpiciat. Adde Dn. THOMAS. *diſſert. de terpret. benefic. princip.* Obiiciunt (2) terras, quæ Sattelfrey cuntur, vetuſtioris ævi eſſe, operas autem ruſticas recen-orum temporum, & ſic bona ab iis exemta peculiare non tuiſſe conſtituere, potiſſimum ſec. XIV. & XV. bonorum nus. Sed operas ruſticas non ita recentes eſſe, indubiis obari poteſt teſtimoniis. Equidem mihi perſuaſum habeo, m ipſis manumiſſionibus eas initium ſumſiſſe. Diploma ud VGHELLI Ital. ſacr. ad ann. 1159. hæc refert: *Debet ras quinque, tres ex his in perſona & duas in alia cum bobus.* d. L. Bajuvar. tit. 1. c. 14. Longob. L. 1. tit. 35. Capit. Ca-l. M. L. 5. c. 157. Lib. 7. c. 254. CANGIVS ſub voce: *Ope-* Vrgent (3) eſſe Sattelfreye=Gühter / quæ nihil niſi mi-iria præſtant ſervitia. Reſpondetur, tunc qualitatem illam, ſint bona equeſtria, ipſis ſpecialiter eſſe conceſſam. Ta-bona & in Ducatu Magdeburgico dari, edocti ſumus. At-e ſic non dubito, ſi Dominorum Bock de Wolfingen ſedes litteris inveſtituræ nomine eines Sattelhoffes veniat, & ta-n ab omnibus oneribus non feudalibus immunis ſit, quin

itidem ipſi equeſtris prædii natura addita ſit. Et hæc bona plerumque matriculæ equeſtri inſerta reperiuntur. Inde cum ordines provinciales Ducatus Cellenſis an. 1677. ab optimo Principe GEORGIO WILHELMO precarentur, ut bona, quæ Sattelhöffe vocantur, ad priſtinam, quam habuiſſent, a tributis immunitatem redirent, de nullis aliis, quam quæ equeſtrium prærogativis donata & matriculæ equeſtri inſerta ſunt, intelligi poteſt. Add. *Receſſ. de an.* 1686. §. X. Quamobrem ſi hæc bonis, ſic dictis Sattelfrey/ non attributa ſit prærogativa, appellatio illa in litteris inveſtituræ nihil aliud, quam liberationem ab operis ruſticis infert.

## §. XVI.

Quando igitur dubium oritur, an prædium aliquod Sattelfrey dictum plena fruatur libertate, id ab allegante eſt probandum. Sed quæritur, an relatio in matriculam equeſtrem plenam abſolvat probationem. Quod negandum puto, quoniam illæ matriculæ non ſolent eſſe ſine defectibus. Quod egregio exemplo confirmat LYNCKERVS *Deciſ. DCCLXXX. p.* 257. Scilicet a Senatu Numburgenſi aliquoties duo equi militares nomine Electoris exacti fuerunt, cui tamen petitioni ſe ſemper oppoſuerat, poſtea vero militari manu quadraginta imperiales nomine duorum equorum ipſi extorti erant, cui tamen violentiæ proteſtationem interpoſuerant. Princeps eo magis ſe fundatum exiſtimabat, quod dictum ſenatum tenore matriculæ equeſtris duos equos præſtare oporteret; præſertim cum feuda quædam teneat ſervitiis obnoxia. Verumenim vero, monente Lynckero (1) quoniam ſervitia feudalia locum tantum habent in feudis regularibus & propriis; & (2) bona quæſtionis contributioni ſubjecta & cum aliis hereditariis bonis, oneribus obnoxia reddita erant; inde ſervitiis equeſtribus onerari nequiverunt. HEIGIVS I. *qu.* 18. *n.* 15. 22. CHASSAN. *ad conſuet. Burgund. rubr.* 3. §. 4. *n.* 23. ALB. BRVNVS I. *conſ. feud.* 117. *n.* 120. TIRAQVELLVS *de nobil. c.* 20. *n.* 166. KÖPPEN *dec.* 61. *n.* 5. LYNCKER *Cent.* 1.

*Dec.*

*Dec.* 4. *p.* 4. Hinc puto, relationem ejusmodi in matriculam, urgentiſſimam inferre præſumtionem; & ſi leviores accedant conjecturæ, pro qualitate plenæ libertatis integram efficere probationem.

## §. XVII.

Alia eſt quæſtio, ſi ignobilis probet, prædio equeſtri, quod poſſidet, immunitatem ob omnibus competere oneribus, an ille ea gaudeat? Affirmativa veroſimilior plerisque videtur. TIRAQVELLVS *de nobilitate c.* 20. *n.* 170. ROSENTHAL *c.* 2. *concl.* 2. STRVV. 3. *th.* 8. WVRMSER. *Claſſ.* 2. *Sect. I. n.* 10. Eſt enim hæc immunitas non perſonæ aut nobilitatis, ſed prædii feudalis, ne duplici onere gravetur. MAVL. *c.* 9. *de homagio n.* 68. Sicut e contrario nobilis, ſi prædium ruſticum acquirit, contributionem ſolvere tenetur. MODEST. PISTOR. *conſ.* 9. MEISCHNER I. *dec.* 8. *n.* 46. KLOCK. *de arar.* 2. *c.* 56. *n.* 3. Quid quod ſi ignobilis feudum nobile poſſideat & contributionem ſibi a domino territoriali imperatam exſolvat, immunitati ſuæ minus præjudicat, ſed ſaltim præſumitur, reverentiæ obedientiæque gratia eum ſolviſſe, non ut privilegio ſuo ſe abdicet. RVYN. I. *conſ.* 196. Porro ſi ex feudo bonum emphyteuticum reddatur, contributioni ſubeſt, niſi libertas doceatur. TABOR. *p.* 3. *de metat. & Epidem. ſect.* 2. KLOCK *de ærar. L.* 2. *c.* 58. *n.* 13. Aliamque qualitatem mutata natura ſortitur. KÖPPEN *dec.* 61. *n.* 4.

## §. XIIX.

Si nobilis prædium Sattelfrey ſtricte dictum, i. e. ab operis ruſticis exemtum, in terris illis, in quibus Receſſus Salzthalenſis de an. 1597. vim obligandi habet, a ruſticis recuperat, probare debet, prædio illi hanc libertatem antea competiiſſe. Ex quo pateſcit, contra hanc immunitatem ſemper præſumi. Duo autem in Receſſu Salzthalenſi excepti ſunt caſus, ubi probatio non requiritur. (1) Si ejusmodi bona in litteris inveſtituræ genuinis, ante quinquaginta annos & ul-

tra a tempore pacti Receſſus confectis, ut libertate gaudentia expreſſe reperiantur. (2) Si nobilis prædiorum iſtorum culturam ipſe ſuſcipere ibique ſedem figere velit. Cumque in prædiis illis ab operis ruſticis liberis præſertim ad nobilium reſpiciatur conditionem, ſtatuendum videtur, ignobilem tale prædium habentem, ſi particeps hujus libertatis eſſe velit, non ſolum prædio illam competiiſſe, cum adhuc penes nobilem eſſet, ſed & ſibi in illam libertatem ſuccedendi, a principe jus datum eſſe, probare debere.

## §. XIX.

Sed quæritur, quanam tutus eſſe poſſit præſcriptione prædium ab operis ruſticis liberum in feudo habens. Et crederem, triginta hic ſufficere annos, ſi bona fides non deſit: *argumento* §. 1. *Receſſus Salzth. de an.* 1597. cui & conſentit *L.* 2. *f.* 26. 30. Quod autem ad exemtionem ab omnibus oneribus attinet, aliqui hic quoque triginta annorum præſcriptionem ſufficere putant: alii vero jus civile ob oculos habentes, ex quo contra immunitatem a tributis nulla admittitur præſcriptio, nullam plane hic locum habituram aſſerturi ſunt. Sed notum eſt, feudalibus illis Longobardorum conſuetudinibus jure domeſtico derogari & quod jure civili romano traditum eſt, nullam in liberatione a publicis oneribus admitti præſcriptionem, ad ordinarias præſcriptionis ſpecies pertinere, immemorialem vero ſemper exceptam eſſe. Sed quomodocunque hæc ſeſe habeant, in terris noſtris præſcriptioni immemoriali hic locum eſſe, argumento eorum, quæ in Receſſu de an 1597. §. 38. de an. 1601. §. 8. de an. 1619. §. 33. occurrunt, evincitur.

## §. XX.

Porro quæritur, an ille, qui eſt in poſſeſſione analogica immunitatis ab oneribus publicis, vel ſaltim operis ruſticis, principi, aut qui ejus vices gerunt, ut ſunt ordines provinciales, intuitu ærarii, Cameræ & præfecturarum præſides, titulum poſſeſſionis ſuæ edere teneantur. Reſpondetur,

detur, cum ejus conceſſio quaſi baſis & fundamentum ipſius poſſeſſionis ſit, ergo eam edoceri debere, ſive in petitorio ſive poſſeſſorio verſemur. STRYCK. Diſſ. *de neceſſitate edendi titulum Cap.* 3. *n.* 9. MEVIUS *Deciſ.* 44. Quod etiam in illo, qui contra præfecturam ſibi ab operis ruſticis libertatem competere contendit, locum habere puto. Sic nec monaſteriorum pagi ab operis ruſticis, præfecturis præſtandis exemti ſunt. LUDOVICUS FACHSIUS *T. II. Conſil. illuſtr.* 55. *p.* 693. Hinc Henricus Junior an. 1548. cum terræ guelphicæ adhuc romanæ religionis formulam ſequerentur, conſtituit, ut præfecturarum de operis ruſticis ordinationes etiam ad provincialium monaſteriorum (Landclöſter) vicos ſpectarent. Monaſteria vero ſæpe operam dederunt, ut ſubjecti ſibi pagi eccleſiaſtica fruerentur libertate, ſed plerumque repulſam tulerunt. Sic nec Hildeſienſis Epiſcopus, precibus Abbatis Reifenbergenſis an. 1685. pago Hondorf talem efflagitantis libertatem, locum dedit. Si ergo talium prædiorum poſſeſſor titulum edere recuſet, juſte exemtionum talium quaſi poſſeſſione privari poteſt. ALVAR. VALASC. *de jure emphyteut.* MASCARD. *de probat. concl.* 1195. TUSCH *pract. concl.* 310. *lit. T.* Et hæc de prædiis Sattelfrey dictis attuliſſe ſufficiat.

## *SECTIO IV.*

## DE
# PRÆDIIS RUSTICIS
## VULGO
## Meyerdings-Güter.

### §. I.

Vocabulum Meyerding ex duabus vocibus compoſitum eſt, Meyer & Ding. Ding proprie ſignificat *pactum, determinationem legitimam*, unde Tagedingen denotat *diem*

*præfigere*, & Verding/ operas certo pacto pretioque alteri locatas. Quando enim pactiones conficiuntur, antequam partes in idem conveniant, a paciſcentibus oblationes fieri ſolent, quod nobis nomine dingen venit. Cum autem pactiones alicujus momenti quondam in Germania coram judice ſuſciperentur, v. c. ſi pater aliquid de bonis ſuis alienare vellet, ut illud cum conſenſu uxoris & liberorum fieret, & hac de re judex cognoſceret; vox ding pro ipſo judicio aut concilio ſumta eſt. Imo dici poteſt, in judiciis, quando de mulctis ſolvendis agebatur, reos ſtatutæ pecuniæ per minorem oblationem aliquid demere anniſos eſſe, ubi & tunc das dingen locum invenerit. ADAMVS BREMENSIS *de ſitu Daniæ* §. 85. de Sueonibus: *Concilio populorum communi*, inquit, *quod ab ipſis Warph* (unde forſan noſtrum Gewerbe vel dialecto Sax. infer. Warv/ negotium, deſcendit) *a nobis Thinc vocatur, Epiſcopos intereſſe renuunt.* Vnde provenere compoſita Lanttinck/ judicium provinciale, Gottinck/ judicium bonorum quorundam immobilium cauſſa inſtitutum (ut ſunt tria iſta, quæ illuſtranda duxi, Meyerding/ Probſting/ Laetting) Holtinck/ judicium ſilvæ &c. Lotharius III. Romanorum Rex ao. 1129. ſancit & *confirmat civibus Argentinenſibus jus quoddam, ut videlicet nullus eorum cujuslibet conditionis*, PLACIDVM *aliquod quod vulgo* THINCH *vocatur, extra civitatem ſuam conſtitutum adeat.* Apud OBRECHTVM *in prodr. rer. alſat. Cap. XII. p.* 298. Gertrudis Abbatiſſa & Capitulum Quedlinburgenſe ao. 1241. in Diplomate apud KETTNERVM pag. 276. conſtituunt: *Quicquid quæſtionis emerſerit inter homines, qui noſtra vel etiam ſua propria pecunia a jugo advocatiæ ſunt exemti, ad nullum præterquam ad nos vel nuncium noſtrum, quem ad hoc deputaverimus, deferetur, nec ad aliquod ſeculare judicium habebunt recurſum, præter illud quod* LANTHING *&* GOTHING *vulgariter appellatur.* Quæ judiciorum provincialium ratio quondam fuerit, patet ex jure provinciali, cum Speculo Suevico fere ad verbum convenienti, quod Dn. SCHANNATVS nuper ad-

modum

Digitized by Google

modum ex MSto Ingolſtadienſi Parti I. der Sammelung alter hiſtoriſcher Schrifften und Documenten p. 171. ſubjunxit: & cujus artic. 216. de hoc agit: Wie man die Lantaidung haben ſoll. In Sileſia quondam noſcebatur das Dreyding / quia illud a tribus conſtituebatur perſonis. 1) Illi intererat *Advocatus provincialis*, qui in judicio præſidebat. 2) *Scultetus*, qui ab advocato provinciali conſtituebatur. 3) Dominus villæ, in cujus pago judicium exercebatur. De quo judicio vid. SCHIFORDEGKER *L.* 3. *tract. jur.* 23. *qu.* 2. apud LEYSER *in jure georg. L.* 3. *c.* 5. *n.* 18. SPEIDEL. *ſpec. jurid.* voce: Dreyding.

## §. II.

Meyer ſignificat œconomiæ præfectum, & deſcendere videtur a voce Moye ſ. Mühe/*opera*, *cura*, unde Moyer vel Meyer/ qui alienis rebus vel negotiis operam aut curam impendit. Aevo Francorum Major Domus vocabatur Imperii adminiſtrator, qui nomine Regis cuncta belli pacisque negotia expediebat & cujus poteſtas, Regibus otio & voluptati ſe dedentibus, ita augebatur, ut Martellus Major Domus jactaret: *Se malle eſſe Regis dominum, quam regem.* Vox Major Domus a STUMPFIO in der Schweitzer-Chronick paſſim exprimitur per Hauß- ſive Hoffmeyer. Succeſſu temporis autem Majores appellabantur homines ingenuæ conditionis ſeu miniſteriales, quibus a Regibus, Principibus & Eccleſiis negotiorum domeſticorum cura villarumque adminiſtratio committebatur, & ex vita Meinwerci Epiſcopi Paderbornenſis p. 544. 545. pateſcere videtur, quosdam ex villicis ſeu majoribus Epiſcoporum feudali jure officia tenuiſſe & familias equeſtres fundaſſe. Imo ex majoribus hiſce ſumebantur gubernatores pagorum, alii Comites Hogreven vel potius Gogreven/ Droſſati, reddituarii Principum. Vid. LEIBNITIUM *in intr. T. III. Script. rer. brunſv. p.* 21. Vxores ab adminiſtratione rei familiaris omnes Majoricas, Meyerſchen/ vocatas eſſe, teſtatur *Wernerus Rolewink de antiqua Saxonia* apud LEIBNIT. *T. III. p.* 631.

Digitized by Google

631. Multi ex miniſterialibus iſtis nomina officiorum ipſis commiſſorum v. c. Schencke / Meyer / ad poſteros transmittebant, eoque ut ſigno avitæ nobilitatis gloriabantur. STVMPFIVS l. c. *L.* 4. *c.* 29. *p.* 291. de hoc ita ſcribit: Es iſt ſich nicht zu verwundern / woher der Adel ſey erwachſen. Dan da haben erſtlich die Hertzoge von Schwaben nach Beſtättigung ihres Fürſtlichen Standes gehabt ihre Dienſtleute und Amtleut / die eraltend alsdan von ihren Gütern und Fürſtlichen Dienſten geadelt ſeyn. - - - - - Solcher geſtalt haben auch die Villici, Mayer ihren Adel und Amt von ihren Amten und Lehen empfangen / als die Mayer von Windeck / Mayer von Glaris - - Summa der Adel iſt mehrentheils entſprungen aus Dienſtbarkeit der Fürſten und Grafen ꝛc. Add. CANGIVM in gloſſar. ſub voce: *Villicus* & ECCARDVM *p.* 31. *ad L. Salicam.* Recentioribus temporibus nomen Majoris, eines Meyers / nobilium ordini ſordeſcere cœpit, illudque nonniſi inferioris ordinis hominibus, quibus cultura terræ & villæ cujusdam adminiſtratio concredita erat, reliquerunt, unde hodie Meyer ſynonymum eſt eines Bauren. In Receſſu Ducat. Luneburg. de ao. 1392. dicitur: Desglicken ſchullen der Prälaten und Männer derer Geſinde / Meyer edder egen Lüde / noch eres eniges Guht hindern / erder beſetten um Schuld / man hebbe ſe erſt vor ören Heren verklagt.

## §. III.

Prædium, quod vocatur ein Meyerdings-Gut / eſt *villicatio ruſtica jure hereditario & perpetuæ coloniæ cuidam ab eccleſia vel monaſterio conceſſum, ut annuum inde canonem præſtet, judicio cuidam peculiari v. c. ab abbate conſtituto, addicta, & cujus poſſeſſores majori gaudent libertate circa ejus diſpoſitionem, quam ſimplices Meieri, Principis præfecturis obnoxii.* Varia olim in terris eccleſiaſticis ruſticorum erat conditio, quod ex actis Bremenſibus & Magdeburgicis apparet. Poſtquam autem in multis conditio ſervilis in eccleſiaſtico territorio eſt ſublata, libertatem aliquam nacti ſunt coloni eccleſiæ, Meyerdingsleute.

Poſt

Digitized by Google

Poſt hæc tempora in inveſtituris regalibus eccleſiaſticorum jus in mancipia omiſſum. Sed hæc libertas eccleſiaſtica, quæ ex glebæ adſcriptis quaſi ingenuos fecit, non recuſavit ſervitutis ſecularis onera, Baulebung / Bedmund / Churmeyde / Herrndienſte ꝛc. Sed quæritur, in quonam differant ein Meyer-Gut / & ein Meyerdings-Gut. Hoc ut eo clarius ob oculos ponatur, parallelismum inter utraque bona inſtituam, ut oſtendam, in quibus conveniant, ubi diſcrepent.

## §. IV.

Vt ordinem in tractatione præſenti ſervem, diſpiciam primo, quibus modis bona meierica & meierdingica acquirantur, qua ratione conſerventur & quomodo amittantur. Ita quidem primo bona meierica ſimpliciter ita dicta ad locationem & conductionem propius accedunt, & a perpetua colonia, moribus nonnullarum regionum introducta, in noſtro Ducatu longius abludunt, quod innuit *Receſſus Salzth.* §. 19. Das den Guts-Herrn ihr utile dominium nicht zu intervertiren / und aus Meyer-Gütern nach Langheit der Zeit Erb- oder Zinß-Güter zu machen. Junge Rudolphi Auguſti & Antonii Vlrici conſtit. de ao. 1703. Nec diſſimilem eſſe naturam bonorum majoraticorum in terris Electoralibus Brunſv. Luneb. docet Dn. STRVBE *de jure villicorum p. 37. ſq.* Tendit huc conſtitutio HENRICI JVLII de ao. 1593. in qua bona meierica frömde Güter vocantur, & contradiſtinguuntur den eigenthümlichen Gütern in *reſolutione Statibus Luneburgici Ducatus ao.* 1686. data. Alias conſtitutiones & imprimis *Ordinat. ſummi appellat. Tribunalis Cellenſis P. 2. tit. 15. §. 30.* citat STRVBIVS l. c. Idem in terris Bremenſibus & Verdenſibus obtinere, teſtatur ordinum Bremenſium ſcriptum ao. 1666. ad Pomeraniæ Gubernatorem directum. Verba, ut ea STRVBIVS refert, ſunt hæc: Ein jeglicher Menſch dependiret von ſeinem Guts-Herrn / und hat deſſelbigen Güter nicht zu ſeinem Eigenthum / ſondern nur zum



Digitized by Google

Meyer-Recht im Gebrauch / wovon er ſich ernehret und einen jährlichen canonem zu entrichten ſchuldig.

§. V.

In terris electoralibus Brunſv. Luneb. tamen per recentiorem ordinationem villicorum diſponitur, ne quis ex prædio villico hæreditario (aus einem Erb-Meyer-Hofe) prædium conductitium faciat, & quod, ubi ejusmodi mutatio ante quadraginta annos a dominis facta, actus annihilandus ſit, jure perpetuæ coloniæ villicis reſtituto. Articulus nonus dictæ ordinationis villicæ hac de re ita diſponit: Als auch ſich vielfältig / inſonderheit im Fürſtenthum Göttingen findet/ daß die Gebäude/ auch wohl öffters das gantze oder ein groſſes Theil des übrigen Inventarii denen Guts-Herrn zuſtehet/ und der Hof nebſt denen dazu gehörigen Pertinentien von Knechten und Mägden adminiſtriret/ oder an einen Bauers-Mann vermietet wird, welcher jedoch zu allen Zeiten von dem Guts-Herrn herunter geſetzt, und einem andern eingethan oder in Adminiſtration genommen wird/ und denn ein ſolcher modus ſowohl dem publico, als dem privato Guts-Herrn ſehr ſchädlich iſt/ indem keine beſtändige Familie bey einem ſolchen Gut ſich veſt ſetzen, noch das publicum wegen ſeines Intereſſe einer gewiſſen Familie ſich verſichern kan/ überdaß ein ſolcher Paterfamilias in trüben Zeiten/ weil er nichts eigenes hat/ gar leicht davon gehet und das Gut ohne Cultur liegen läſt/ der Guts-Herr nebſt dem groſſen onere der Unterhaltung der Gebäude und Conſervirung des Inventarii bey einem ſchlimmen Haußhalter ſeines Zinſes wegen nicht ſicher iſt; Da im Gegentheil bey einem Meyer, dem die Gebäude und das Inventarium gehören, dieſe Güter dem Guts-Herrn wegen ſeines Zinſes pro cautione hafften/ ſo wollen wir hoffen/ es werde ein jeder Guts-Herr alle ſolche und andre Umſtände wohl überlegen/ den Exempel unſerer Cammer / welche mit unſrer gnädigſten Approbation die Gebäude und Inventarium an die Meyer verkaufft/ und

und in weiblichen Terminen bezahlen läſt und ihnen ein jus perpetuæ coloniæ oder Erb-Meyer-Recht, wie es im Fürſtenthum Calenberg giebet, zu folgen / und es mit ihren Meyer-Höfen auch alſo zu machen / von ſelbſt geneigt ſeyn: wiewohl ihnen / und zwar denenſelben / welche in langjähriger Poſſeſſion ſind / deswegen in ihren Rechten zu præjudiciren / und ſie dazu per legem zu obligiren nicht gewidmet ſeyn: hinführo aber ſoll niemand Macht haben, aus einem Erb-Meyer-Hofe einen ſolchen Hof zu machen / welchen der Guts-Herr ſelbſt adminiſtriren oder jemand per contractum locationis und conductionis einthun / die Gebäude ſelbſt aufrichten und das Inventarium vor ſich darauf anſchaffen könne: ſondern es muß ein ſolcher Hof in perpetuum mit einem ſolchen colono, der ein Erb-Meyer-Recht daran erlange, beſetzet werden. Als auch in denen letztern 40. Jahren eine ſolche Veränderung ein oder ander Orts vorgenommen / und aus einem Erb-Meyer-Hofe ein ſolcher Hof gemacht ſeyn ſolte / den ein Guts-Herr ſelbſt adminiſtrirte oder auf wenig Jahre verpachtete, wird ſolches hiemit vor null und nichtig erkläret / und iſt der Guts-Herr ſchuldig binnen 2. Jahren hinwieder einen ſolchen Colonum darauf zu ſetzen / welcher ihm das Inventarium bezahle / und ein Erb-Meyer-Recht daran erlange. E contrario bona meierdingica aliquis poſſidet jure hereditario tantum, eorumque diſpoſitio libera omnino poſſeſſoribus relicta eſt, ut ea poſſint ſublocare, oppignorare, in dotem dare, vendere, de quo §. 10. latius agitur.

## §. VI.

Bonorum meiericorum poſſeſſionem confirmat ducalis præfectura, ſub qua ſita ſunt. Si quis autem bona meierdingica in vel extra Epiſcopatum Hildeſienſem ſita hereditatis, dotis, pignoris aliove titulo acquirit; immiſſio ipſi coram judicio meierdingico facienda: ſi vero lites ſuper hac re exoriantur, negotium illud in ſe ſuſcipit der Groß-Voigt, vel derjenige Meierdings-Voigt / cui illud commiſſum eſt. Præfecti,

ſub quibus bona meierdingica ſita, plane nulla jurisdictione in iſta gaudent, nec immiſſionem nec exſecutionem quoad bona iſta decernere poſſunt, tantum abeſt, ut contractus inter meierdingos initos confirmare poſſint. Non incongruum puto, ſequens hac de re atteſtatum, apponere: Demnach ein wahrhafftes Zeugniß darüber verlanget worden/ ob nemlich die Meyerdinge eines Hochwürdigen Dohm-Capittels hieſelbſt ihre Gerichtliche Decreta, eingebrachte Urtheile und Erkändtniß ſelbſten exſequiren/ und die Schuldige oder Straffbahre/ da es nöhtig/ pfänden lieſſen/ oder die Fürſtl. Aemter dieſes Hochſtiffts desfalß requiriren thäten; Und dann nicht allein die uhralte von einigen Seculis her noch vorhandene Meyerdings-Protocolla, auch des Hohen Meyerdings Gekendniß und Articul ſamt andern Uhrkunden clar vermögen/ ſondern auch die Land-kündige wohlhergebrachte Meyerdings-Rechte und Gewohnheiten ſelbſt ergeben/ daß E. Hochw. Dohm-Capittel und deſſen Meyerdinge durch Dero Meyerdings-Beamte und Nohten dergleichen Pfandung und executiones ihrer Erkändtniß ſelbſt bewürcken können, auch in allen dieſen Stiffts-Aemtern/ voraus Peina, Steuerwald, Ruhte, Barumberg, Steinbrück, Liebenrode, Schladen ꝛc. bewürcket haben und zwar ohne einige *requiſition* ſothaner Aemter, geſtalt ſelbige dabey durchaus nicht nöhtig noch hergebracht. Als iſt hieruber gegenwärtiger Schein zu mehrer Beſtärckung der Wahrheit auf oberwehntes Begehren extradiret. So geſchehen Hildesh. den 27. Sept. 1717.

(L.S.) Ruban Wilhelm von der Malsburg.
Thum-Kellner.

(L.S.) Joh. Fridrich Behmhandt
Pfennig-Schreiber.

## §. VII.

Bonorum majoraticorum ſimpliciter talium poſſeſſores ſervilis propemodum ſunt conditionis: meierdingicorum vero liber-

Digitized by Google

libertate aliquando, licet non omnimoda, gaudent. Vnde nec Freymann / ut vocatur in epiſcopatu Hildeſienſi, ad bona meierdingica admittitur, utpote de quibus mortuarium, gallina aliæque præſtationes veniunt, niſi bona iſta per ſubſtitutum adminiſtrari velit (er müſſe ſich denn durch eine getreue Hand anſetzen laſſen.) Siquidem nullus Freymann Hergewettæ, mortuario, geradæ ſubjicitur, ſed ſe liberat mit dem freyen Zinß. Dantur ejusmodi familiæ liberæ Freydings-Höffe e. g. in præfectura Steurwaldenſi, quorum poſſeſſores Freymanne vocantur, libertatisque conſervandæ gratia binis quotannis vicibus in ædibus Gogrevii Groſſen-Gieſſenſis, curias ſeu conventus celebrant, alterum poſt feſtum Paſchatos, alterum duas hebdomadas poſt ferias Michaëlis. Supremus Freigravius eſt præfectus ſeu Ammannus Steurwaldenſis. Freigravius, judex & Scabini eliguntur. Fructus jurisdictionales, der freye Zinß / auſpicato judicio ſolvuntur. Appellationes devolvuntur ad ſupremum Freigravium, nec ultra eum appellationes conceduntur. Qui hac libertate non gaudet ſ. ein Unfreyer / 63. paſſuum ſpatio a judicio freidingico abeſſe debet. Qui bonum aliquod freydingicum ſibi vindicare cupit, per integrum anni ſpatium ſtatu eines Freymanns gaudere debuit. Si freimannus cuidam non freimanno bona quædam oppignorat aut vendit, und ſich ein ander Freymann dem Unfreien zum beſten den Pfand-Schilling bekennen lieſſe / ſol der Verpfänder und Verkäuffer der Länderey zu unfrey des Geldes / und der Freymann / der ſich den Pfandt-Schilling bekennen lieſſe / ſeiner Freyheit mit Weib und Kindern verfallen ſeyn: ſunt ipſa ſtatutorum verba.

## §. IIX.

Si quis in hoc Ducatu bonum meiericum excolendum denuo ſuſcipit, ſtatuitur in Receſſu Saltzthalenſi de an. 1597. §. 19. ſol er an den Orten / da gut Acker und der Zinß nicht zu hoch / von jeder Huffe einen Thaler / der Ends aber / da böſe



Digitized by Google

Acker und die Zinſe ſehr hoch ſeyn/ von jeder Huffe nach Gelegenheit einen halben/ oder einen Orts-Thaler dem Gerichts-Herrn vor die neue Meyer-Zettel zu Wein-Kauff geben. Simili ratione, ſi quis bonum meierdingicum acquiſivit, aut illud denuo renovari cupit, coram judicio comparere & pecuniam vinariam, Weinkauff ſolvere tenetur. Renovatio tamen in bonis meierdingicis tantum eveniente mortis caſu & novo herede ſuccedente, ab ipſo petenda; cum e contrario meieri ſimplices in hoc Ducatu per ſingula novennia, ut in poſſeſſione bonorum judicialiter confirmentur, curare debeant.

## §. IX.

Pignus vel hypotheca in bonum meiericum abſque conſenſu domini, des Guthsherrn/ & confirmatione judiciali conſtitui nequit: multo minus inſcio domino aliquid vendi, pro dote conſtitui, aut alio modo alienari poteſt: quod ſi fiat, eo ipſo colonus beneficio privatur, Notarius vero, qui ſuper ejusmodi contractus inſtrumento partibus proſpexit, infamiæ pœna notatus officio ſuo in Ducatu Guelfico cadit. Henrici Julii Conſtit. de ao. 1593. d. 3. Apr. Wegen nicht Veräuſerung oder Beſchwehrung der Lehn-Erben-Zinß- und Meyer-Güther/ quæ adjuncta der Hoff-Gerichts Ordn. p. 223. ſq. cui conſtitutioni confirmatio de ann. 1604. d. 2. April. p. 225. ſubjuncta eſt. In ordinatione villicorum Electoratum Brunsvicenſem attinente ita de hac re ſtatuitur. Kein Meyer oder Köhter ſol befugt ſeyn/ noch denſelben verſtattet werden/ von denen zu der Meyerſtadt gehörigen Aeckern/ Wieſen/ Gärten und Blecken theils Graſen/ Holtzungen/ Immen-Zäune oder andere liegende Gründe/ auch ſonſt zur Meyerſtadt gehörigen juribus etwas/ es ſey unter was Schein oder prætext es wolle/ zu verkauffen/ zu verpfänden/ oder auf einigerley Weiſe zu veräuſern. Wenn aber ein Meyer aus unumgänglicher Noht etwas leihen/ und keinen andern Credit zumachen vermöchte/ ſol ihm freyſtehen/ mit unſerer Beamten oder der Gerichts-Obrigkeit und des Guhts-Herrn

Herrn / nach geſchehener gnungſahmen Unterſuchung / ob dem Meyer zu Erhaltung des Hoffes auf keine andere Weiſe zu helffen / ertheilten ſchrifftlichen *Conſens* von dem Hoffe zuverſetzen / durchaus aber nicht gäntzlich von dem' Hoffe zu alieniren und zu veräuſern. ſ ſ ſ Wenn ein Verkauff ohne Amts Conſens geſchehen / und die Poſſeſſores keine Rechts verjährte Zeit / wenigſtens von 30. Jahren / vor ſich hätten / ſind die venditores befugt / die Pertinentien zu vindiciren / und nach befinden das Kauff-pretium zu erſtatten ꝛc.

## §. X.

Meierdingus e contrario plena fruitur libertate, de bonis ſuis diſponendi, ea vendendi, oppignorandi, pro dote filiabus dandi & quæ ſunt hujus libertatis reliqua, unde & vocantur Väterliche Erb-Lande. Opus tamen eſt, ut omnia coram judicio meierdingico confirmentur, ſi novus poſſeſſor in tuto collocari, velit. Inde pacta de bonis hiſce inita extrajudicialiter quidem valent, ſed niſi coram proximo judicio meierdingico nova iſta diſpoſitio declaretur & confirmatio petatur, poſſeſſor tutus eſſe nequit. Vnde notæ ſunt formulæ: Es muß dem Guthe der Friede gewürcket werden / es muß vor öffentlichen Gerichte und offenen Meyerdings Buch oder Protocollo gerichtlich der Anſatz geſchehen. Cum de hoc argumento ſæpiſſime controverſiæ oriantur, producam in Adjunctis hujus diſſ. ſub Nr. A. B. C. tria atteſtata auctoritate judiciorum meierdingicorum Hildeſienſium concepta. Forma ipſa adjudicationis quæ novo acquirenti fit ſequentem in modum fit:

Actum Hoheneggelſen den 20. Jun. 1677. für einem echt und rechten Meyerding / Nahmens Ihro Hochw. Hrn. Abts und Löblichen Convents des Stiffts St. Michaelis in Hildesheim.

N. ließ ein Urtheil zu recht fragen / ob er nicht Krafft der Obligation an die ihm verſchriebene Ländereÿ angeſetzt werden ſolte? Ein-

Eingebracht.

Weilen die Obligation unter debitoris eigner Hand / ſo bekandt wäre / ausgeſtellet / ſoll creditor Pfandtweiſe an das Land geſetzet werden.

Weiter ausgefraget / weil debitor verſtorben / wer das Guht verlaſſen ſolte?

Eingebracht.

Der Meyerdings Herr.

Der Meyerdings Herr verließ darauf das Land und wurde creditor von dem Richter Pfandtweiſe angeſetzt / **auch den Lande ein Friede geworben.**

dd. 6. thl. vor Umbſaat.
i. e. laudemium.

In fidem
N.

Ex qua plena de bonis Meierdingicis diſponendi facultate colligere licet, Meierdingum majori, quam alias perpetuis coloniis junctum dicunt, gaudere jure, nimirum jure aliquo reali, emphyteutico, vel quocunque demum nomine illud compellare velis. Quod & ex eo magis pateſcit, quod nonſolum omnes caſus, ſed & omnia onera ferant. Vnde nemo ipſis actionem realem denegabit.

## §. XI.

Bona meierica conſervantur in noſtro Ducatu, ſi quis ſe bonum & diligentem patremfamilias præſtat, legibus præſcriptis morem gerat, & per ſingula novennia renovationem contractus ſui petat. Imprimis autem, ſi canon debite & exacte præſtetur. Sic in Receſſu Salzthal. de ao. 1597. §. 19. dicitur: Wan ſich dy armen Bauers Leute wy aufrichtigen frommen Meyern und guten Hauß-Vätern gebühret / in den negſt vergangenen Jahren gehalten / werden ſy bey der Meyerſtedt auch bey den vorigen Zinſen billig gelaſſen. Meierdingus e contrario de poſſeſſione ſua tutus eſt, ſi ſolum canonem quotannis præſtandum exſolvat, & ſi quam mutationem circa bona ſua aggredi velit, eam judicialiter confirmari curet. Dies,

quo

Digitized by Google

quo canon præſtandus (der Erben Zinß-Tag) Hildeſiæ apud Meierdingos eſt d. 8. Sept. die natali S. Deiparæ Mariæ, exſpectare vero dominos plerumque ad feſtum Michaelis, didici ex protocollo judicii meierdingici hildeſienſis de an. 1717. d. 27. Sept.

§. XII.

Non raro oritur quæſtio inter Meierdingos, utrum pro illo, qui canonem ſolvit, præſumtio ſit dominii & juris meierdingici, an titulum edere cogatur; quoniam communis praxis in Epiſcopatu Hildeſienſi recepta eſt, ut quis bonum meierdingicum alteri locare aut oppignorare poſſit, conductor autem vel pignoris detentor canonem annuum præſtet. Vel adeo nuper acta coram judicio meierdingico ventilata perluſtrare contigit, ubi ſuper hac quæſtione a ſcabinis meierdingicis ad Abbatem appellatum & multum temporis variis diſceptationibus protractum erat. Affirmativa tamen pro poſteriori obtinuit ſententia.

§. XIII.

Notæ ſunt in terris noſtris diverſæ conſtitutiones de reunione pertinentiarum, & in Electoratu Brunſv. Luneburg. ſancitum, ut ſi alienatio absque conſenſu judicis facta, colono integrum ſit, alienata vindicare, ſed reſtituto poſſeſſori præſenti, ſuo pretio. Exceptus tamen caſus, ſi quis ultra quinquaginta annos in tuta & quieta poſſeſſione fuerit bonamque fidem & juſtum titulum docere poſſit. Si autem colonus quicquam reluit, cedunt ipſi omnia jura & actiones creditoris tam contra dominum ſuum, quam contra quemcunque tertium. Circa bona meierdingica ejusmodi vindicatione non opus eſt, ſed qui legitimo modo aliquid acquiſivit, manet ejus dominus. Quia autem multi agri hereditarii, viele Erb-Ländereyen alienati, oppignorati, venditi, in dotem dati ſunt, & Rever. Capitulum Hildeſienſe der gebührenden Pfennige und Erben Zinſen defraudatum eſt, cum in

regiſtro vetera poſſeſſorum nomina remaneant, recentes poſſeſſores vero coram judicio meierdingico ſe nunquam ſiſtant, ſed canon (Pfennig-Zinß) nomine veteris coloni exſolvatur, & inde variæ tricæ fraudesque oriantur; ſtatutum eſt, ut quicunque aliquid ex bonis meierdingicis poſſident, coram judicio in proximo meierdingorum conventu compareant, & ut poſſeſſio rerum ſuarum ab illo confirmetur (müſſen ſich verwahren laſſen) quærant. Quod ſi non fiat, doloſe bona reticens in Præpoſiti, Capituli & Scabinorum meierdingicorum (der Meyerdings-Nohten) mulctam incurrit.

## §. XIV.

Nunc etiam modos, quibus utraque prædiorum genera amittuntur, intueamur. Ex Receſſu Saltzthalenſi de ao. 1597. artic. 19. depoſitio a meieria ſ. villicatione (die Abmeyerey) locum habet, ſi colonus canonem ultra triennium non exſolvat, nec frumentum idoneum paleaque vacuum pendat, bona in dotem filiabus adjudicet, vendat, oppignoret, commutet aut alia ratione alienet; porro ſi iſta oneribus gravet, inculta & deſolata jacere patiatur. Opus tamen eſt, ut ante omnia a dominis apud præfectos accuſati ſint, nec monitis dicto audientes fuerint. Quo facto colonus depellitur. Domini etiam, ſi ipſi agris indigeant finito contractu, prædia locata a colonis recipere eosque, ut aliorſum migrent, adigere poſſunt, reſtitutis ipſis ædificiorum melioramentis & quod in fœcundationem agrorum impenſum eſt (Gail und Gaar) Hæc ut eo melius & juſtius æſtimentur, ex tribus diverſis judiciis tres rei ruſticæ gnariſſimi coloni eligendi & juramento muniendi ſunt, qui agris obambulatis ædificiisque perſpectis de pretio eorum judicent, ſententiamque ſuam, ubi ſinguli triumviri de certo convenerunt, (wenn ſich eine jede Schürtze eines gewiſſen verglichen) præſentibus partibus judicialiter ad protocollum deponere debent.

§. XV.

Digitized by Google

## XV.

In terris electoralibus Brunsvicenſibus ſequentem in modum circa depoſitionem villici proceditur. Si penſio frugum aut canonis pecuniarii ante feſtum Martini non fiat, aut Meierus deperditam & inutilem frugem afferat, præfecti & alii, qui jurisdictioni præſunt, procedant, ut in ordinatione Cancellariæ tit. 36. §. 8. diſpoſitum, quod ſi effectu caruerit, auctoritate judiciali tantum frumenti flagellis excuti curent, quantum domino quotannis præſtandum. Si vero poſt triennium debitum ſuum non ſolverit, domino licet, ut die Thomæ meiero denunciet, alibi ipſi ſedem quærendam, villamque non ut par erat adminiſtratam alii colono tradendam fore. Quodſi colonus tunc demigrare nolit, auxilio præfecturæ ejiciendus & novus villicus judicio ſiſtendus eſt, quod, an melior & rei ruſticæ peritior ſit, inquirere debet. Contingit interdum, ut villicus duos dominos (2. Guths-Herrn) agnoſcat, qui, ſi deponendus villaque ejiciendus eſt, æmulationis ſæpe cauſſa convenire nequeunt. Quæritur, cujus juſſui obtemperandum ſit? In ordinatione villic. Hannoverana §. 21. dicitur, ei ſolummodo hoc competere, qui gallinas, ova & den Hoff-Zinß percipit. Ne tamen putes, ejusmodi depoſito villico vitalitium i. e. die Leibzucht / in prædio competere. Quod quidem eo ſolo caſu ipſi conceditur, ſi novo colono pro victu operas præſtare, & conjuncta induſtria villam ad priſtinam fortunam reducere velit. Judex autem curabit, ne ejusmodi pactis novus colonus nimium gravetur.

## §. XVI.

Si meierdingus canonem (den Erben-Zinß) juſto tempore non ſolvit, domini nomina ſua appellant: quod ſi debitor negligat nec ſolvat, bona meierdingi arreſto gravantur, (werden in Kummer gelegt/) usque dum canon plene ſolutus ſit. Si tunc debitor ne quidem ſolvat, domini pignora capere poſſunt. Si

quis vero duobus vel tribus annis canonem non præſtiterit, domini, ut prædii poſſeſſioni immittantur, petere poſſunt, dum vetera debita cum recentibus exſoluta ſint (die Herrn ſollen ſich an das Guht ſetzen laſſen / wente ſo lange ſie das Alte mit den neuen bezahlet.) Triennio hoc modo elapſo nec debito ſoluto, domini hereditario jure prædia ſibi vindicare, melioriqu colono inſtruere poſſunt (ſo mögen ſich die Herrn an das Guht mit einer treuen Hand ſetzen laſſen.) Et hæc modo memorata in Adjunctis ſub Nr. D. actis judicialibus confirmabuntur.

## §. XVII.

Si quis propter bona meierdingica coram præfectura, ſub qua jacent, contractuum celebrandorum cauſa comparet, nec ſe hac de re judicio meierdingico ſiſtit, bonum, de quo contractum, nec non pretium ex eo redactum, aut pecunia pignoris loco in illud credita, alicubi ad dominum perveniunt, mulcta inſuper a ſcabinis illi dictata, qui illegitimo modo de bonis ſuis diſpoſuit. Item ſi quis in fraudem judicii meierdingici pecuniam in bona hæreditaria ſ. meierdingica credat, vel ea plane emat, nec tamen intra annum hoc judicio meierdingico indicet & ſe in poſſeſſione confirmari curet; tam prædium, quam pecunia ex eo redacta ad dominum devolvitur. Si quis aliquoties ad judicium meierdingicum citatus diu non comparuerit, prædio quidem non cadit, præjudicium tamen inde enaſci poteſt, ut ex protocollo judiciali ſub Nr. E. in Adjunctis pateſcet. Conf. Art. 2. ſtatutorum meierdingicorum in Adjunctis Nro. H.

## §. XIIX.

Si formam judicii meierdingici conſideramus, occurrit primo Abbas, & eo abſente Cellarius (Pater Kellner) expreſſe ad id delegatus, dein Actuarius ſ. der Oberſchreiber / tum ſcabini, qui ex ruſticis ſumuntur, & die Nohten vocantur vel die Erben / quos injuria afficere, damnoſum eſt, ſiquidem, ut

adeo

adeo nuper ex actis judicialibus perſpicere contigit, cum advocatus ſententiam horum ſcabinorum vocaverat Bauren- und Gevattern-Urthel / unverſtändige / höchſt paſſionirte und gantz partheyiſche Bauren-Urthel / in leuterationis inſtantia hujusmodi pœna ſententia judiciali decreta erat: Wegen der in den productis ſub A. & B. wider die Authorität und Erbarkeit derer Nothen (i. e. ſcabinorum) und von dieſen bekleideten echt- und rechten Meyerdings eructirter heßlicher injuricuſer Zapffungen / iſt Leuterant in eine, deſſen Advocatus in zwey, und der Procurator in eine Tonne Brühan fällig zu urtheilen. V. R. W. Vides & ex hoc, quantæ curæ & ſolatii ſit Germanis potus hordeaceus.

## §. XIX.

Si quis ipſe coram judicio meierdingico, prædii vendendi aut dotis pignoriſque loco in alium transferendi cauſſa comparere nequeat, mandato ſpecialiſſimo aliquem inſtruere debet, qui ſuo nomine coram judicio actui celebrando interſit. Quemadmodum de jure civili, ita & ſecundum hujus judicii conſuetudines tempore meſſis lites & actus judiciales ſilent. Admittuntur ad judicium advocati & procuratores, proceſſusque ordinarius in omnibus obſervatur, beneficiumque appellationis & leuterationis interponi poteſt. Ad ſolum Abbatem appellatio devolvitur, qui & per Vogtum meierdingicum partes citari jubet. Vid. in Adjunctis Nro. F. Et tandem ſententia ab Abbate a collegio JCtorum aut uno etiam ſæpe JCto petita publicatur, cui, niſi legitima adſint gravamina, acquieſcendum. Vid. in Adjunctis Nro. G. Pluribus hæc jura in Sectione præſenti illuſtrare nolui, ſed ablego B. L. ad ſtatuta meierdingica ſub Nro. H. & Supplementa hujus ſectionis ſub Nro. I. in Adjunctis collecta, ex quorum perluſtratione Benevolo Lectori magnum fructum ſpondeo.

## SECTIO V.

# DE PRÆDIIS RVSTICIS VVLGO Probſtings-Güter.

### §. I.

Ein Probſtings-Guht eſt *prædium ruſticum, ab operis liberum, juriſdictioni a Principe Præpoſitis in feudum conceſſæ ſubjectum, cujus poſſeſſores annuum canonem ſoli Præpoſito & Decano in recognitionem dominii directi præſtant.* Tota hæc definitio ex Protocollo & actis judicialibus, inter præfecturam Guelficam & Præpoſituram Olsburgenſem ventilatis, quæ nobiscum a Dn. HERINGIO dicaſterii Guelfici aſſeſſore & præfecturæ Guelficæ ſupremo directore benevole communicata, in fine hujus Diſſ. Nr. M. adjungentur, clarius pateſcet. Hæc bona cum Meierdingicis aliquam habent affinitatem: non autem in omnibus convenire, ex ſequentibus eluceſcet.

### §. II.

Si originem horum bonorum inveſtigare vellemus, dicendum foret, iſta ab antiquiſſimis temporibus eccleſiis in dotem data vel donata vel alio modo acquiſita eſſe, initioque advocatum cujusvis eccleſiæ juriſdictione omnimoda in illa gaviſum, cujus duritie & injuſtis exactionibus vero antiſtites eccleſiarum commoti, ejusmodi prædia cum colonis pretio ſibi quoad juriſdictionem inferiorem acquiſiverunt. His accedit, quod Advocati ſæpe ſua ſponte juriſdictioni in quædam prædia renunciaverint. Vtrumque probabo Diplomatibus Quedlinburgenſibus. Alterum eſt Gertrudis Abbatiſſæ Quedlinb. de an. 1241. quo a comite Hoyero de Valkenſtein

ſtein manſos quosdam una cum jurisdictione pretio redimit. Verba huc facientia ſequentis ſunt tenoris: *Sane cum noſtræ homines Abbatiæ ratione Advocatiæ adeo indebitas exactiones & inviolabiles ſuſtinerent, ut nobis in debitis non valerent redditibus reſpondere, quos etiam inante gravioribus lædi timuimus Advocatorum injuriis & preſſuris & habito noſtri conventus & Miniſterialium, nec non Fidelium noſtrorum conſilio & aſſenſu*, ADVOCATIAM DECEM ET SEPTEM MANSORVM *in Thitforde, nec non viginti manſorum in Marsleve*, CENTVM ET VIGINTI NOVEM MARCIS EXAMINATI ARGENTI DE PECVNIA, *quam pro bonorum Duderſtadenſium infeudatione recepimus, a fideli noſtro Comite Hoyero de Valkenſten duximus redimendam &c.* Cui conſonum eſt Diploma de ann. 1271. quo Comites Burchardus, Walterus & Albertus de Barby, Bertradi Abbatiſſæ advocatiam in 49. manſos, 4. *marcis examinati argenti pro quolibet manſo* vendiderunt, *ita ut prædictorum manſorum coloni ab omni jure advocatiae, nec non a quolibet ſervitutis & exactionis genere a Comitibus perpetuo ſint liberi & excepti.* Alterum diploma, quo reſignationem ſeu donationem ejusmodi advocatiæ confirmo, eſt etiam Hoyeri de Valkenſtein & reperitur apud KETTNERVM p. 354. *Rev. Dominæ, dilectæ ſorori ſuæ, Mecht. Abbatiſſæ S. Mar. in Quedlinb. in monte totius Conventus ejusdem loci, veſtræ dilectioni volumus eſſe notum, quod in Advocatia in Quedeling. quæ fuit patris noſtri, fratris noſtri, & noſtra nihil aliud geſſimus poteſtatis, ſed inconvenientia facta correximus in bonis eccleſiæ perpetrata, omnia alia ſcil. in ſtatuendo villicum aut in allodiis deſerviendis, aut ipſis exponendis omnia a nobis & noſtro judicio intacta, quæ pertinebant ad eccleſiam &c.*

## §. III.

Homines probſtingici (Probſtings-Männer) cum omni familia ſua ſingularibus a Principe conceſſis privilegiis gaudent, ut migrare poſſint quoquoverſum placeat, & collegiis litterariis opificiariisque cooptari. Si vero in exteris terris, quas

quas petierunt, fortuna ipſis minime reſpondeat, ad priſtinas ſedes, ſi quod jus in illis habent, reverti & jurium probſtingicorum rurſus participes fieri poſſunt. Ab operibus ruſticis immunes ſunt, dummodo Præpoſitis ſuis tam eccleſiaſticis quam ſecularibus & Decano annuum canonem exſolvant, & dominis, ſub quibus habitant, quatuor quotquot eunt anni diebus vecturas quasdam aut operas manuarias (die Borgveſte dicuntur) præſtent.

## §. IV.

Si quis bonum probſtingicum poſſideat, & alii domino gallinam jurisdictionalem (ein Halshuhn) præſtet, jure probſtingico excidit, nec cuidam ex heredibus ſuis bonum probſtingicum libertate gaudens, relinquere poteſt. Sed unus ex agnatis (qui in Statutis Olsburgenſibus dicitur Schwerdhalve) poſſeſſionem ejus prædii conſequitur. Si extraneus juris probſtingici particeps fieri, & iſta privilegia pretio ſibi comparare velit, id conſenſu Præpoſiti fiat neceſſe eſt. Vt autem omnibus diſcordiis inteſtinis anſa præcidatur, non permiſſum eſt, ut ſeniores junioribus cohabitent, & peculiare quid ſibi in fundo conſtituant (es werden keine Leibzüchter zugelaſſen.)

## §. V.

Canon annuus Præpoſitis & Decano ſolvendus in ſtatutis Olsburgenſibus ita determinatur: Van der Hove Landes over der Fuſen einen Brunswickſchen Ferdingk / aber uff düſſe Seit der Fuſen ein Puntt. Dar tho uff dat Hues Lechtenberge Sporen-Gelt, van der Hove Land Probeſting Gudes einen Hymten Habern / dartho einen eigen Schillingk Brunswicks. Dies ſolutionis ſtatutus eſt *Dominica ante feſtum Michaëlis*, aut, ſi tunc penſio fieri nequeat, dilatio a dominis petenda, ut pauxillum temporis exſpectare velint. Si debitor ſtatuto tempore canonem non ſolvat, per Voigtum probſtingicum pignora capi poſſunt, dum dominis ſatisfactum ſit.

§. VI.

## §. VI.

Si homo probſtingicus ſine maſcula prole decedit, prædii poſſeſſionem Præpoſitus, quatuor poſt mortem hebdomadibus effluxis, capit, ita tamen, ut cognatis (den Spillhaberen) ſi quædam ex bonis defuncti jure poſcere poſſint, prius ſatisfiat. Quo facto Præpoſitus bona defuncti ipſe excolere aut ea alii idoneo homini probſtingico vel ſervo (einem andern Probſtings-Mann oder Knechte) concedere poteſt. Si vero homo probſtingicus filiam aut plures relinquit, illa, quæ alteri homini probſtingico vel ſervo nubit, in omnia patris bona & jura ſuccedit. Occaſione modo adductæ vocis Spillhabere/ quæ in ipſis ſtatutis ante ducentos annos conſcriptis occurrit, nec non vocis Schwerdhalven/ quæ itidem in iſtis occurrit, notandum, corrupte & falſo admodum dici videri Spill-magen & Schwerdmagen/ cum vox ultima magen quadrantem huc nullum habeat ſenſum. Qui a defuncto aut venditore, aliove titulo prædium probſtingicum acquirit, judicio certam pecuniam ſolvit, quæ vocatur Umſaat/ de qua ſequentia ex ſtatutis hic inſeri merentur: den Heren/ Ampte und Vogede gehöret van Ummeſate/ den Heren/ den Probeſthen ein halv Stövecken Wins, vom Uhtmanne ein Stövicken. Dem Richter ein veerorden Schillinck, dem Vogede ein veerorden Schillinck. Den Nothen eine halbe Tonne Beers. Hæc ex vetuſtioribus ſtatutis allata ſunt: ſi recentiora ſub Nro. L. in Adjunctis intueberis, deprehendes, etiam Decano & Cellario aliquid deberi, diſtinctionemque, utrum quis ſit homo probſtingicus de territorio, an extraneus, attendi.

## §. VII.

Quodſi pater filiam vel plures alicui vel aliquibus, qui non ſunt homines probſtingici, in matrimonium collocet, elocata libertatis probſtingicæ rurſus particeps fieri, aut quicquam ex bonis probſtingicis poſſidere, et, ſi quiſquam ex liberis ejus bona probſtingica acquirat, in ea ſuccedere nequit,



Digitized by Google

quit, niſi per matrimonium cum homine probſtingico contractum ad priſtinam ſortem denuo revertatur. Similiter, ſi pater non probſtingicus filiam ſuam homini probſtingico matrimonii nexu copulet, illa cum heredibus ſuis in jura probſtingica omnimode recipitur. Quemadmodum autem jus hageſtolziatus inter ſervos & colonos originem ſuam ſumſit; ita etiam, ſi homo probſtingicus in cœlibatu decedat & quinquaginta annos tresque hebdomadas transegerit, juri huic vel potius conſuetudini ſervili & inter liberos ingenuosque homines nullo prorſus fundamento nitenti, ſubjicitur, ejusque bona Præpoſitus ſibi vindicat. Proximus tamen agnatorum pretio bona vacuefacta redimere poteſt.

## §. IIX.

Si uxor cum conjuge ſua utrique probſtingici juris homines, bonum quoddam oppignoratum communi pretio reluant, & maritus ſine heredibus decedat, uxori pretium ſuum, quod contulit, reſtituitur, ea tamen conditione, ſi ipſa cum marito ſuo coram judicio probſtingico declaraverit, ſe bona oppignorata reluiſſe. Sic in ſtatutis dicitur: Dat Ammt der Probſtie beſteit neemand wat an Probſtings-Gude / idt ſie vormahls in Probſtgerichte uppedragen. Singulare eſt, quod ſi quis homini probſtingico ante diem St. Jacobi pecuniam in bonum probſtingicum crediderit, creditor ante inſequens Michaëlis feſtum uſuras poſcere nequeat. Cujus ratio ſine dubio illa eſt, quod debitor ante meſſem cum pecunia fœnerari nequeat.

## §. IX.

Nunc etiam de modis amittendi hujusmodi bona diſpiciamus. Si homo probſtingicus extraneo (einem Uhtmanne) qui non eſt juris probſtingici, inſcio & invito Præpoſito bonum probſtingicum vendat, bonis divenditis excidit aut pro ratione circumſtantiarum mulctam decem marcarum brunsvicenſium incurrit. Nec venditio iſta alicui ex hominibus probſtin-

ſtingicis permittitur. Oppignorare tamen quis bona ſua poteſt pretio quanto poteſt maximo. Mitius agitur cum homine probſtingico, qui, cum Præpoſito & Decano quotannis die Pfennig-Zinſe exſolvere teneatur, ſolutionem ejus ultra triennium differt; quo facto omnia bona probſtingica, quæ colit, arreſto gravantur, & ſi tunc dominis non ſatisfaciat, ea inculta relinquere debet, inſuper Præpoſito 10. florenos ſolvit; Scabini vero in ſolatium ſitientis animæ mulctæ loco percipiunt eine Tonne Bier. Item ſi quis ſententiæ Præpoſiti non paruerit, ſed ei contravenerit, a Præpoſito mulctatur, qui tantum pignoris ex bonis immorigeri probſtingmanni capere poteſt, quantum pœnæ promeruit, quæ tamen in judicio præſentibus Scabinis (den Rohten) antea decernenda eſt.

## §. X.

Judicia probſtingica tam a ſeculari, quam eccleſiaſtica poteſtate in feudum dantur: prout decedens Præpoſitus in menſe vel eccleſiaſtico vel ſeculari diem ſupremum obiit, novusque inveſtituram petiit. Præpoſitura Olsburgenſis quondam a Papa vel Ordinario Hildeſienſi in feudum conceſſa eſt. Secularis vero dominus directus in hac præpoſitura ſemper fuit Princeps ex Brunsvicenſium ſtirpe oriundus, Guelferbyti reſidens, & vocatur ein Cotre-Lehen. Tres judicio probſtingico quotannis deſtinati ſunt dies (1) Dominica I. poſt Trinitatis (2) Dominica poſt Michaëlis feſtum (3) Dominica poſt feſtum Trium Regum. Locus, ubi judicium celebratur, eſt templum vel cœmeterium Olsburgenſe, de quo in vetuſtis ſtatutis dicti pagi ita ſancitur: Van older lobelicher Gewonheit hebben de Herren un Forſthen van Brunswich/ de by düſſer Probeſthie tho Olſeborch tho donde gehatt/ un noch tho donde hebben/ alſo begnadet den Probeſthen/ de Heren Paſtorn und gantzen Ampte/ eine frye Kercke ſampt den Kerckhove, darſülven ohre frye Probeſtinges-Gerichte uff fhorige beſtimmende echte Richts-Dage/ binnen edder buthen der Kercke tho holdende. Finis

nis dictorum ſtatutorum, quem in Adjunctis Nro. M. ſiſto, multa peculiaria incolarum Olsburgenſium quoad templum, & mortuarium, Baulebe/ continet jura, qui legi meretur.

## §. XI.

Controverſiæ omnes, quæ de bonis probſtingicis oriuntur, nullibi niſi coram judicio probſtingico ventilari aut decidi queunt. Vt infra ipſa ſententia illuſtriſſimæ Cancellariæ Guelferbytanæ ſub Nr. K. in adjunctis firmabitur. Vogtius probſtingicus (der Probſtings-Voigt) tribus ante judicium diebus partes citare debet, ut quilibet eo melius de rebus inibi pertractandis ſibi proſpicere & præmeditari poſſit. Reus ad judicium ter citandus eſt, et ſi actor, reo ſe cum advocato tertia vice ſiſtente, malitioſe non compareat, huncque ſine cauſſa in jus vocaverit, reus a querela tamdiu abſolvitur, dum actor impenſas victus & itineris refuderit, & denuo reum, ſi porro contra illum in judicio experiri velit, tribus vicibus citari curaverit. Nullus autem actor querelam coram judicio proponere poteſt, niſi petita prius & impetrata à Præpoſito & judicibus licentia, & pro ratione cauſſæ ſecum adducto procuratore & arbitris, (Vorſprake und Achts-Leute) ne ex ignorantia aut alia culpa cauſſa ſua cadat. Homo non probſtingus ſexaginta, (ex veteribus ſtatutis quadraginta, ſub pœna unius marcæ brunsvic.) a judicio paſſibus arcetur, niſi tamen ex neceſſitate in conſilium vocandus aut examinandus ſit, quo facto propius judicem accedere ipſi permiſſum eſt. Si quis ex contemtu ſtatutis hiſce judicii diebus non compareat, Præpoſito ſolvit veer ordieten Schillinge. Proinde quatuor ex viris probſtingicis judices eliguntur, qui abſentes annotent, in pago Olsburgenſi duo cis, duo ultra Fuſam. Impedimenta vero legalia, ſi quis allegare poteſt, ut ſunt morbus, neceſſaria itinera, negotia Principis &c. hic excepta ſunt. Si quis violenter prædium quoddam probſtingicum detinet, nec hac de re in judicium probſtingicum citatus compareat,

coram

Digitized by Google

coram judicio ſeculari v. c. præfectura, ſub qua bona jacent, accuſari & ut ab ea exſecutio ſuſcipiatur, peti poteſt. Pars tamen gravata a judicio probſtingico ad dicaſterium provinciale aut cancellariam appellare poteſt, quod ex confirmatione Henrici Iulii liquet. Vid. in Adjunctis ſub Nro. L. Olim ſententiæ præpoſiti & præfecturæ acquieſcendum fuit; Wenn die Partien ſick hieran nich wollen ſädigen laten/ ſo ſchölle de mohtwillige Partie uſen Heeren in die Bröcke gefallen ſien. ꞉ ꞉ ꞉ Ock ſo is id neen recht edder Gebruck im Probeſting Gerichte/ ein dem andern einen Vorſtandt tho dhonde/ beſundern ein Ordell umme dat ander tho rechte ghan laten.

## §. XII.

Si quis homo probſtingicus aut ſervus bonum quoddam probſtingicum ex inſcitia, aut alio caſu non poſſidet, ex veteribus præpoſituræ Olsburgenſis ſtatutis de ann. 1527. præſenti annus & dies, abſenti decem anni currunt, antequam præſcriptio locum inveniat. In ſtatutis autem ann. 1600. Duci Henrico Julio ad confirmationem oblatis, præſenti 15. abſenti 20. *anni* conceſſi ſunt. Vid. confirmationem Principalem in Adjunctis ſub Nro. L.

## *SECTIO VI.*

## DE

# PRÆDIIS RVSTICIS

### VVLGO

# Von Laet-und Hägermanns Gütern.

## §. I.

CONſtitutum mihi eſt, hoc capite de bonis laticis proprie agere; cumque illa cum bonis hægermannicis magnam habeant affinitatem, eorum incidenter quaſi paſ-

ſim mentionem faciam. Videri etiam cuidam poſſet, bona latica cum meierdingicis plane una eademque eſſe, cum controverſiæ de bonis laticis ſubortæ etiam ad ſupremum judicium meierdingicum trahantur. Verum enim vero differentiam quandam hic eſſe, & ex integra Sectione IV. & ex ſequentibus protocolli judicialis hildeſienſis verbis pateſcet: Ann. 1510. feria III. pentecoſtes hegede unſe Knecht Albert Scrader en echt recht Meyerding to Netling. Vor düſſen Meyerding wart gevraget een gemene Ordell / wer ock ene mochte **Larguð** edder **Tyns**-dat is/ **Meyerdings**-**Gud** beſitten one der Heren Willen. Ward gevunden/ dat nemant ſchall Gud hebben/ dat ſy **Lahrgut**, **edder Meyerdings**-**Gud** dat ene hebbe mit der Heren Willen.

§. II.

Laeten in vernacula noſtra ſignificat dimittere: unde Laete nihil aliud eſt, quam dimiſſus, manumiſſus. Id quod ſequenti probabo Diplomate hactenus inedito: Wy Herman Abbet / Diderick Prior unde gantze Convent des Stichtes tho ſünte Michaële bynnen Hildenſen/ ſünte Benedicti Ordens bekennen openbar in düſſem Breve vor uns unſe Nakomelinge unde vorals weme / dat wy hebben **fry ghegeven unde ghelaten, unde gheven unde laten** ieghenwordigen in düſſem Breve **Hynrick** und **Tylcken** beide geheten **Sennewolden**, Henning Sennewolden ſeeliger Sonen mit alle oren Kindern geboren unde ungeboren von ſodaner behöringe unde Egenſchop/ ſo ſe und deſülven ohre Kindere unſers benomten Cloſters **Laten unde egen weren** / unde behorig wente an düſſe Stunde unde deſülven ore itzund gemeldten ſchüllen unſes Cloſters beſten don wetten unde vordelick ſin / unde dar nicht wedder donn orem Vermoge to ewigen Tiden: unde ſchullen ock vorder unſes Stichtes Laed-Gud nicht brucken / id en ſchege mit unſem effte mit unſer Nakomelingen guden Willen unde Vullborde / ſo ſe ock uns dat alle in orem Breve vorſegelt unde verſchreven hebben. Duß tho merer Orkonde unde Tüchniſſe hebbe wi unſſe

Inge-

Ingeſegel alſe Abbtes unde Conventes vor uns unde vor unſen Convent an düſſen Breff don hengen im Jar na Chriſti Gebort veſſteinhundert in den XXV. Jare in den hilgen Winachten. De origine vocis Hägermann ejusque ſignificatu ablego B. L. ad Dni. Præsidis mei Diſſ. de I. & I. R. F. G. p. 218. Obiter hic moneo, nonnullis videri ab Hegen derivandam eſſe, ut hægermanni eſſent quaſi gehegte Mannen/ quod majoribus longe gaudeant juribus, quam alii ſimili quodam vinculo dominis obnoxii.

## §. III.

Inepta ſunt, quæ in *Speculo Saxonico L. III. art. XLIV.* de Laſſorum origine traduntur, nimirum Saxones aliquos ex Alexandri exercitu reliquos Thuringorum Dynaſtas deviciſſe, eosque ſedibus ſuis ejeciſſe. Cumque tantus eorum non eſſet numerus, ut agros colere poſſent, ruſticos ſalvos eſſe voluiſſe, eisque agros ſub ea lege, qua hodie laſſi illos habent, confirmaſſe dicuntur. Sed quis neſcit, fabulam eſſe, quæ de Saxonum origine a reliquiis illis Macedonici exercitus traduntur: vel ſolus Cranzius ad ineptias has detegendas ſufficit. Quis crederet, manipulum illum omni re deſtitutum, gentem, Thuringos puto, vel ſi mavis cum gloſſatore Venedos & virorum numero & robore inſignem devincere potuiſſe. Rectius igitur laſſiticorum bonorum initia manumiſſionibus adſcribuntur, quibus agri ſub annuarum præſtationum pacto excolendi traditi. Ne tamen putes, per manumiſſiones iſtas plenam de bonis ſuis diſponendi libertatem hominibus acquiſitam eſſe: ſed potius id impetratum, ut colonus proprii quid ſub annui cenſus praeſtatione haberet, illudque legitimis heredibus ſuis relinqueret, pacta & conventiones, prout utilitas requirebat, iniret, nec vendi poſſet, quibus juribus mancipia ſeu ſervi ſtricte ſic dicti excludebantur. Et quamvis liti eccleſiarum initio etiam Monaſterii Advocato ſubjecti eſſent; monaſteria tamen ſucceſſu temporis jurisdictionem, ſaltim

Digitized by Google

ſaltim inferiorem, in illos ſibi acquiſiverunt, unde & hodie obtinet, ut liti eccleſiarum quidem judicia ſua ruſtica ſeu prædiaria exerceant, ad ſolum tamen Eccleſiæ Antiſtitem appellatio devolvatur. Hujus confirmandi gratia adjiciam verba Diplomatis de ann. 1236. *In nomine Domini Amen. Gertrudis Dei gratia Quidelingeburg. Eccleſ. Abbatiſſa - - - tenore præſentium publice proteſtamur, quod exemtionis inſtantia & auxilio Eccleſiæ noſtræ præpoſitæ Mechtildis de Hakerbeke* LITONES ECCLESIÆ NOSTRÆ IN QVENSTEDE *advocatiam bonorum ibidem conventui noſtro pertinentium, quæ ipſi colere dinoſcuntur ab Iohan. milite de Arneſten, pro quadam ſumma ſuæ pecuniæ redemerunt, dederunt ſiquidem pro unoquoque manſo 2. marcas, ut ab omni jure advocatitio* (quod Hoiero de Valckenſtein competierat) *liberi perpetuo maneant & quieti, ita ut quicquid* PLACITANDVM *evenerit cum eisdem, hoc coram eccleſiæ noſtræ - - Præpoſita terminetur, & ad eam in cauſſis ſuis recurſum habeant ſpecialem &c.* Vid. KETTNER p. 265. ubi ex ſequentibus patet, litones hoſce etiam allodium habuiſſe, quod ſane de mancipiis dici nequit. Peculiaria tamen ſunt, quæ in diplomate Ottonis II. de ann. 980. quo fideli cuidam Mamechoni proprietatem ſuam in villa Bodenrod in pago Ederlingen ſitam donat, & quod Mſcptum aſſervo, occurrunt: *Ad hoc ei etiam in proprium dedimus Adonis liti uxorem Mulburgam nomine & filios ac filias ejus, & odi uxorem Adalburgam ac filios & filias propter petitionem & interventum fidelis noſtri Siberti Comitis - - - Actum Botveldon feliciter, Amen.* Sed cave ne vilem aliquam ex donationibus ejusmodi inferas conditionem, cum & ipſi miniſteriales Principum, qui ex litis ſæpe ad miniſteria iſta evecti erant, donati & permutati memorentur.

## §. IV.

*Bona latica naturâ ſuâ ad emphyteutica* (Erb- und Erben-Zinß Güter) propius accedunt, quippe quæ *ſub lege annui canonis præſtandi in recognitionem dominii conceſſa, ut iis uti frui &*

de

*de illis quodammodo diſponere poſſit.* Patet id etiam ex gloſſatore Saxonico, qui: Ein Laſſe/ inquit, iſt der/ ſo auf Zinß Guht ſitzet/ den man davon weiſen (i. e. ſi in leges contractus impegit) oder es ihm um einen gewiſſen Zinß laſſen mag. Et ita etiam cum bonis hægermannicis comparatum eſt, niſi quod hæc in multis feudorum naturam referant, & majori gaudeant libertate.

## §. V.

In bonis laticis ab inteſtato ſuccedunt deſcendentes & proximi collaterales, excluſis conjugibus, quæ tantum ad dies vitæ alimenta inde percipiunt. Huc ſpectant verba gloſſatoris ſaxonici: Ein Laſſe iſt ledig/ ſo lange er lebet/ wenn er aber ſtirbt/ ſo belehnet der Herr ſeine Kinder aufs neue damit/ und theilet mit ihnen. Sed hoc ultimum in deſuetudinem abiit, & morte eveniente laudemium tantum dominis ſolvitur. Si vero pacta dotalia, teſtamenta aliaque ultimarum voluntatum teſtimonia adſint nec vitio laborent, diſpoſitioni eorum ſtandum eſt, uxorique, cui bona in teſtamento adſcripta ſunt, præſtitis præſtandis adjudicantur. Quæ magis adhuc confirmant, latum ad conductorum claſſem referri non poſſe. Quis enim juris peritus conductori facultatem teſtandi tribuet. Vitalitio gaudentes ſeu die Leibzüchtere/ aut alii deſcendentes, qui bonorum laticorum proprietatem acquirere non poſſunt (ſo als Stamm-Erben den Eigenthum an den Gütern nicht bekräfftigen können) nec illa valide oppignorare aut alienare poſſunt, niſi forte ad vitam tantum uſufructuarii vel uſufructuariæ. Eadem, quæ in bonis laticis, etiam in hægermannicis ſuccedendi obtinet ratio, ut ex ſequentibus protocolli judicialis hægermannici, in Adjunctis ſub Nro. N. adducti patet verbis: die Frau/ ſo ſie Kinder hat/ bleibt ad dies vitæ in den Gütern/ wan keine Kinder oder Erben/ fält es an den Guhtsherrn.

## §. VI.

Conjux ſuperſtes, qui defuncti conjugis bona latica uſufructuarie tantum ad dies vitæ detinet, niſi teſtamento propri-

etas eorum acquiſita ſit; non tenetur, æs alienum a defuncto vel defuncta contractum ex vitalitio ſuo (aus der Leibzucht) ſolvere, ſed hæres proprietarius (Bluts-oder Stamm-Erbe) creditoribus ex adita hereditate ſatisfacere debet: niſi tamen heres proprietarius ſuperſtiti conjugi jus ſuum hereditarium cedere velit, quo caſu hic ad debita delenda obligatur. Qui enim vult commoda, debet etiam incommoda ferre, & nemo alterius damno locupletior fieri debet. Spurii ex teſtamento vel ab inteſtato matri ſuccedere poſſunt, patri vero in bonis laticis nequaquam, ſed in perpetuum excluſi ſunt. Et in his omnibus etiam bona hægermannica conveniunt.

## §. VII.

Qui bona latica jure emphyteuſeos vel pignoratitio colit, præſtare de iis pro rata debet operas, capitationes, contributiones, canonem laticum (den Laeten-Zinß) frumentum, quod vocatur Seelkorn & Thomas-Habern/ fœnum aliaque onera, ut in ſtatutis laticis præfecturæ Winzenburgenſis diſpoſitum. Errat itaque Carpzovius, dum P. 2. c. 40. def. 5. ſtatuit, onera publica non ad laſſitici cenſus hominem pertinere: in quem errorem haud dubie ideo incidit, quod bona laſſitica conductionum, ex juris romani indole, naturam referre arbitratus ſit. Ex diſpoſitione modo memoratorum ſtatutorum, dominus bonorum laticorum directus pro canone ſuo accipit de quovis jugero (Morgen) duos modios (Himpten) frumenti, dimidium ſiliginis, dimidium avenæ: de ſimili autem ſpatio, hortum, pratum aut aream conſtituente (von einem Morgen Garten/ Wieſen und Hoffes) dimidium dictæ præſtationis domino debetur. Tertia omnium agrorum pars pro novali habetur, dominoque inde nihil præſtatur, ita ut duæ partes tertiæ (zwey Drittel) ſiliginis & duæ partes tertiæ avenæ, computo agrorum ſubducto, pendantur. E contrario prata & horti, quorum annuus proventus eſt, etiam quotannis ſuo cenſui ſubjacent. Longe autem minores ſunt hæ præſtationes, quam annui fructus, ex quo & majus lato jus, quam ſimplici conductori,

adſcri-

Digitized by Google

adſcribendum eſt. In antiquiſſimo protocolli Hildeſienſis regeſto onera latorum ita definiuntur: Ao. Dni. 1487. tertia feria Pentecoſtes hegede unſſe Knecht Cord Konerdingck eyn echte Meyerdingck to Netlinge in Bywesente des werdiggen Heren Johannes Abthes tho ſünte Michael bynnen Hildeſem und der ſtrengen Dyderikes van Wyrthen, do tor Tyd Grotevogeth unſes gnedighen Heren van Hyldenſen/ Hynrick van Oitenberge und Aſchens van Schwichelde Stichtes gude Menne, fratris Henrici Graveman & Henrici Lutthers: Aſſeſſores fuerunt Cord Roſe und Cord Damman. Do ſtunt Hennigck Damman upp und Dyngckpalde ſyck myt Ordel und Rechte/ und fragede van der Heren weghen van ſünte Mychele/ wees mann ohne Bekande an ohrem Laethgude da ſe alle tho ghyngen/ unde funden vor rechtin dyſſer Wyſe: de Heren van ſünte Mychaele hebben ahn orem Laethgud den Tins, de Ummeſathe, dat Richte, de Buterynghe, den Beddemunth unde vort meer wen de Erven ſterven/ velt dat Gud an de Heren.

## §. IIX.

Hægermannus e contrario meliori longe gaudet conditione, nec annuo canoni vulgo ſubjectus eſt, ſed ſi hujusmodi colonus, qui ein Köhrmann etiam vocatur, obit, geben die Erben von einer Huffe Landt zum Köhr eine Kuhe, wozu alle die Hägermänner/ ſo unter des Köhrmanns ſeiner Huffe Landt beſchrieben/ mit concurriren/ bringet es alſo öffters jedem in 20. und 30. Jahren/ auch wohl länger/ nicht 6. mgr. referente Generoſiſſimo Munchhausio Bodenwerderæ degente, qui ſibi ipſi plures hægermanos hoc nexu devinctos habet, eosque vaſallis admodum ſimiles eſſe contendit. Confer protocolla judicialia ſub Nro. N. & O. in adjunctis. Si cuidam prædium laticum hereditatis aut emtionis jure obtingat; heres dimidium ejus pretii, quod extraneus emtor laudemii loco pendit, judicio latico, a quo confirmationem poſſeſſionis ſuæ petere debet, (für die Anſetzung im Laeten-Gerichte) præſtare tenetur. Probe tamen notandum, iis, qui ab inteſtato ſuccedunt, neceſſario non incumbere, ut judiciali-

cialiter ſe confirmari curent, niſi prædia acquiſita in alium rurſus transferre velint. Jedoch die Pfahlſtidde (i.e. domus) aus beſcheiden/ davon der Erbe halb ſoviel/ als ein extraneus, wan er ſich in die Riege auf Laet-Güter ſetzt/ zu geben ſchuldig. Quod ad ordinarias præſtationes in translationibus prædiorum laticorum *ad extraneos* attinet, ſo werden vom Morgen Ackerlandes den Laeten 6. gl. von der Hauß- oder Pfahlſtidde 1. thl. von jeder Verlaſſung ohn Unterſcheid für dem Landes-Fürſten ins Gericht gegeben/ 5. Körtlinge dem Amtmann und Amtſchreiber jeden 3. gl. dem Laeten-Greven 1. gl. dem Voigt 1. gl. jedem Biſitzer 4. gl. und jedem Urthelträger 4. gl. In ſumma ins Gerichte 14. groſchen.

## §. IX.

Bona latica a domino utili in alium transferri non poſſunt, niſi reſignatio coram judicio latico facta fuerit. In præfectura quidem Winzenburgenſi alibique olim mos obtinuit, ut absque præſcitu judicii latici oppignorata fuerint: ſed abuſus iſte an. 1654. peculiari conſtitutione a Satrapa & præfecto Winzenburgenſi abrogatus eſt, conſtitutumque, ut bona latica alienaturus, conſilium ſuum judicio ante aperire, & ut pignoris conſtitutio protocollo inſeratur, curare debeat. In aliis quoque territoriis latos circa alienationem, oppignorationem & diviſionem agrorum non magis acciſam habere libertatem, ex SANDIO *c.1. feud. geldr.* & GORISIO tract. III. c. 13. liquet. Bona hægermannica autem in eo a laticis abeunt, quod ſolus judicii præſcitus in translatione ad alium non ſufficiat, ſed conſenſus domini (des Häger-Junckers oder Herren) licet tantum dividi aut in dotem dari debeant, inſuper requiratur.

## §. X.

Si hypotheca vel pignus in bonum laticum conſtitutum protocollo judiciali inſeritur, judicio in genere 14. groſſi ſolvuntur, ad onera jurisdictionis ferenda. Ex tenore ſupra memoratæ conſtitutionis Winzenburgenſis de an. 1654. ſub pœna arbitraria ſancitum eſt, ne quis majori pretio quicquam ex bonis

laticis

Digitized by Google

laticis oppignoret, quam ex conſuetudine res ipſa emi aut vendi potuerit, ita ut pro agro, quem nos einen Morgen dicimus, decem floreni, pro area, horto & prato (einem Morgen Hoff-Raums / Garten, oder Wieſe) 20. floreni accipi poſſint. Si vero in agrum oppignoratum (einem Morgen) plus creditum ſit, aut iſte plane venditus eſſet, uterque contractus (Pfandſchilling und Kauff-Sumb) nullus declaratur, temereque de rebus ſuis ita diſponentem pœna arbitraria, a latis determinanda, manet. Si tamen aliquis ante dictam conſtitutionem de an. 1654. aliquid ultra ſtatutum pretium oppignoraverit, inde creditori minime præjudicium enaſcitur, ſed debitor eodem pretio, pro quo rem pignori dedit, iſtam reluere tenetur, niſi creditor quicquam ſua ſponte remittere velit. Tertius autem, qui jus quoddam in bonum laticum, majori, quam par erat, pretio, oppignoratum acquirit, pretium ordinarium, pro agro ſcil. 10. florenos tantum, redemtionis loco creditori ſolvit. Nec creditor bonum laticum olim in Epiſcopatu Hildeſienſi, pignoris loco acceptum, alteri majori pretio ſuboppignorare potuit, quam ille in iſtud crediderat. Patet id ex ſequentibus vetuſtiſſimi Hildeſienſis protocolli in Abbatia S. Mich. verbis: An. 1496. Iffth eyn Man Ghelth hedde an eyn Gude, iffthe he ock moge verpenden dan ſyn Gelth uthwyſeth? Wart gevunden, neen, he mochte dat hogher nith verpenden / dan ſyn Ghelth uthwyſet, he ſy dan Laethe effthe een Uthman.

## §. XI.

Quanquam colonus bonorum laticorum onera ferat, ille tamen hubarium cenſum (den Huffen Schatz vocant) ab ann. 1660. numeratum in præfectura Winzenburgenſi a domino ſuo repetere, aut quotannis de canone debito aliquid detrahere poteſt, dum ſibi ſatisfactum ſit. Et ſi dubium oriatur, an dominus, qui canonem a colono poſcit, legitimo modo dominium directum in bona latica acquiſiverit, colonus canonem tamdiu retinet, dum dominus jus ſuum pro more & conſuetudine latornm demonſtraverit.

## §. XII.

Nemini permiſſum eſt, bona latica a prædiis, quibus in cataſtro adſcripta ſunt, ſeparare aut alteri prædio adjicere, niſi tamen uni aut alteri ob inopiam ad tempus, nomine præfecturæ id concedatur, ut poſſeſſori facultas ſe colligendi & agros ad meliorem cultum reducendi detur: *aut in caſu*, quo poſſeſſor domino ſuo canonem annuum non præſtat, ut dominus cogatur colonum prædio ſuo ejicere, & bona vacuefacta aliis ad tempus locare, dummodo idoneus magiſque fidelis colonus reperiatur. Si quicquam de bonis laticis ad uſum cleri, templorum & ſcholarum, cujuscunque religionis ſint, translatum, aut ad alias pias cauſſas donatum aliove modo alienatum eſt, colonis permittitur, ejusmodi pertinentias ſeu acceſſiones pretio reluere & a canone liberare, quodlibet jugerum (morgen) 10. florenis.

## §. XIII.

